

objectis & hanc dicit esse priorem bonitate, & malitia actus voluntatis: Et iure: nam ideo actus: volo furari, est malus, quia ipsum furari est malum; ergo &c.

XXXIII. Confirmatur secundo. Si velle furari est malum; quia furari est malum; ergo ipsum furari est pejus; sicut ex quo conclusio est vera, quia premissa sunt vere, sequitur, veriores esse premissas, iuxta illud: Propter quod unumquodque est tale, & illud magis.

XXXIV. Respondetur, neg. conf. Nam, ut docet S. Thom. qu. 72. laudato art. 7. hæc divisio peccati in peccatum cordis, oris, & operis, non est sicut in tres species completas, sed sicut in tres gradus peccati; quod fundamentum habet in corde, progressum in ore, & consummationem in opere. Et sicut fundamentum sustinet adificium; ita cor, seu voluntas sustinet peccatum in ore, & opere; si enim non adific peccatum in corde, nec erit in ore, nec in opere. Unde ibi ad 3. Dicendum (inquit) quod peccatum cordis, & oris non distinguuntur a peccato operis, quando simul cum eo conjunguntur, sed prout quilibet horum per se invenitur: (nempe, peccatum cordis sine aliis, & peccatum oris sine peccato operis) sicut etiam pars motus non distinguitur a toto motu, quando motus est continuus, sed solum quando motus sistit in medio.

XXXV. Ad primam confirm. dico, bonitatem, & malitiam, quam actus ex genere boni, vel mali habent ex objecto, & quæ prius est in ipsis, quam in voluntate, esse bonitatem, vel malitiam objectivam, non exercitam, & formalem: hanc enim solum habent, ut a voluntate imperantur, & de hac loquimur in presenti. Unde S. Thom. hoc qu. 20. art. 1. ad 2. ait: Actus exterior est objectum voluntatis, in quantum proponitur voluntati a ratione, ut quoddam bonum apprehensum, & ordinatur per rationem: & sic est prius bonum, quam actus voluntatis: in quantum vero consistit in executione operis, est effectus voluntatis, & sequitur voluntatem. Dum ergo dico: ideo velle furari est malum, quia ipsum furari est malum, si ly ideo dicit causam objectivam, & futurum, ut apprehensum, ac intantum accipitur, verum dico. Si vero ly ideo dicit causam exercitam, & facientem, ut futurum exercitæ, & formaliter malum sit, falsum dico. Quia (inquit) S. Thom. qu. 2. de malo art. 4. Si accipitur actus peccati secundum quod est in executione operis, sic primordialiter, & per prius est culpa in voluntate.

XXXVI. Ad secundam confirm. nego consequentiam. Nam in primis illud axioma veritatem non habet in causis non univocis. Non enim sequitur: aer est calidus propter Solem; ergo Sol est magis calidus. Deinde sic transitus a genere causæ objectivæ, & intuitivo, ad genus executionis, & causæ formalis: esto autem in primo genere voluntas furandi sit mala, quia est de objecto ex suo genere malo, nempe furto: in secundo autem genere, nempe executionis, ideo furari malum est, ac peccatum, quia voluntate fit, & malitia voluntatis denominatur. Quare D. Thom. citata qu. 2. de Malo art. 3. ad 8. simili argumento respondens: Dicendum (inquit) quod actus interior dicitur esse malus propter actum exteriorum, quod propter objectum: tamen culpa complectitur in actu interiori. Veritas autem conclusionis in omni genere causatur a veritate principiorum: & ideo non est simile.

XXXVII. Quinto objectis. Melius est Sacramenta recipere, quam eorum recipiendum solum voluntatem habere. Melius etiam est per sejunium, ac elemosynam pro peccatis satisfacere, quam solum velle sejunare, ac elemosynam facere. Et Christus plus boni nobis præstitit mortem Crucis perferendo, quam sola voluntate moriendi; ergo idus exterior bonitatem addit &c.

Uterque. Qui moritur pro Christo, melior est, quam qui habet solum voluntatem pro eo moriendi, est efficacem: exercet enim actum præstantissimæ virtutis; ergo &c.

XXXVIII. Respondendo, nego conf. Quia hic non disputatur de efficacia operum, quam habent, vel habere possunt ex peculiari institutione, vel ordinatione; sed de ipsorum bonitate, & malitia. Hinc non est dubium, quin melius sit, Sacramenta in re suscipere, quam solum ea recipiendi voluntatem habere: quia Sacramenta, secundum institutionem Christi, valent ex opere operato, non ex opere operantis; ex cuius parte actus morales habent bonitatem, vel malitiam. Christus autem valorem operis operati non contulit voluntati suscipiendi Sacramenta, sed reali susceptione eorum. Nec etiam est dubium, quin utilis sit sejunando, & elemosynas largiendo satisfacere pro peccatis, quam solum ista velle. Non quod coram Deo melior sit, qui sejunat, aut elemosynam tribuit, quam is, qui æqualem habet voluntatem illi faciendi; sed propter alias rationes, quas supra indicavimus: & etiam quia vis satisfactoria non solum pendet a voluntate satisfactoria; sed etiam pensatur ab opere, quod est poenale. Quod tamen poenalitas ista assumatur propter Deum, & in satisfactionem, ex voluntate, & animo est.

Quod vero de Christo movetur; quamvis certum sit, quod sola eius voluntas moriendi (quod valorem attinet) æque potuisset esse sufficiens pretium Redemptionis nostræ; quia omnes Christi actiones, etiam internæ, sive externæ, erant valoris simpliciter infiniti: nihilominus verum est, contra Abilardum, plus nobis contulisse Christum per mortem, quam per solum mortis voluntatem. Quia eius mors, secundum divinam ordinationem, erat depurata, ut esset absolutum pretium nostræ Redemptionis; utque Redemptio nostra non consummaretur, nisi per eam; & idcirco si non fuisset secuta, non fuisset simpliciter, & consummata redemptio, & iustificati, quomodo nunc sumus. Semper tamen subsistit, quod ex Christi voluntate ad ejus mortem valor derivaverit.

XXXIX. Ad id, quod urgetur, dico, eum, qui pro Christo moriatur, non esse coram Deo meliorem (quod attinet ad magnitudinem Charitatis) eo, qui non moritur; si uterque æqualem voluntatem habeat moriendi pro Christo: quo fit, ut uterque æquale præmium essentialiter recipiat. Nam ut ait August. Serm. 196. alias 166. de diversis cap. 4. Non enim quia Joanni Apostolo passio dicitur, ideo passio animus preparatus deesse potest. Preparacionem enim Deus novat. Quomodo enim tres quæri vult sunt in certum non videri: negabimus eos martires, quia solum eis velle non potuit? Interrogat quæ, passio non fuit: interroga voluntatem, coronati sunt. Cæterum quantum ad præmium accidentale, melior est ille, qui realiter mortem patitur; quia habebit aureolam difficultatis operis correspondentem, quam alius non habebit. Ita S. Thomas in 2. dist. 40. qu. 1. art. 3. his verbis: Ad præmium autem accidentale ordinatur per bonitatem, quæ est ipsius actus exterioris secundum se. & ideo actus exterior adjuvat aliquod ad præmium accidentale. Verbi gratia martyr, in quantum exterior patitur, victoriam de adversariis sibi habet; & ex hoc sibi aureola debetur. Similiter etiam aliquis ex hoc, quod in actu exteriorum frequenter exiit, magis habilitatur ad bonum; & ex hoc sequitur, quod in charitate crescat. Similiter per actum exteriorum patitur magis, quam per voluntatem tantum; & ideo actus exterior adjuvat in satisfactionem.

QUESTIO IV.

Uis esse regulas moralitatis, seu bonitatis, vel malitiae in actibus humanis, iam ostendimus. Unam extrinsecam, nempe, legem æternam in mente Dei residentem: aliam intrinsecam in mente hominis positam, & a lege æterna Dei in hominem derivatam dicentem ei, quid hic, & nunc agere debeat; & hanc vocamus conscientiam, de qua in presenti questione acturi sumus.

DUBIUM I.

Quid sit Conscientia, & Quæplex?

S. I.

Resolvitur prior Pars.

I. Conscientia, si etymologiam nominis attendamus, vel idem est ac cordis scientia, videlicet, scientia soli homini, qui em in corde habet, patens. Ita eam accipit Hugo Victorinus lib. de anima cap. 11. Vel idem, ac conclusiva scientia, ut D. Antonius 1. par. tit. 3. cap. 10. & Silvester in Summa, verbo conscientia nu. 1. Vel idem, ac cum alio Scientia; quia non est scientia præcise, sed applicatio scientiæ ad opus: & hæc videtur significatio magis ad rem accedens. Et ita eam accipit D. Thomas qu. 17. de Verit. art. 1. dicens: Nomen conscientia significat applicationem scientiæ ad aliquid: unde confite dicitur, quasi simul scire.

II. Si vero rem significatam spectemus, conscientia definiri potest ex D. Thoma 1. par. qu. 79. art. 13. quod sit iudicium, seu actus intellectus, quo aliquis applicat suam scientiam practicam, seu dictamen rationis ad aliquid agendum. Quibus patet differentia inter synderesin, & conscientiam: quod synderesis nominat habitum proponentem principia practica; conscientia vero nominat actum intellectus applicantis talia principia ad particulares casus. Sicut enim in speculabilibus datur habitus principiorum, qui versatur circa principia; & deinde scientia ex eis deducens, & quæ procedens ad particulares conclusiones: ita in practicis datur scientia circa principia operabilium; & conscientia, quæ ea applicat in principia operabilium, & nunc. Ita D. Thom. 1. par. qu. 79. art. 13. Ubi docet, synderesin non esse potentiam, sed habitum intellectus practici; conscientiam vero non esse potentiam, nec habitum, sed actum, vel applicationem intellectus practici, & synderesis ad agendum. Unde duo eruntur: unum conscientiam spectare ad intellectum, non ad voluntatem; alterum, non esse potentiam, nec habitum, sed actum.

III. Hoc ostendit S. Doctor citato art. 13. & qu. 17. de Verit. art. 1. Non enim conscientia est potentia; quia conscientia deponi potest: potentia autem, cum sit proprietas animæ, deponi non potest, aut variari. Neque habitus: nam omnis habitus, vel est naturalis, vel infusus, vel acquisitus: sed conscientia non est habitus naturalis, quia talis habitus est idem apud omnes: non omnes autem eandem conscientiam habent. Neque est infusus; quia habitus infusus semper est reus; conscientia autem quandoque non est reus. Neque est habitus acquisitus: quia sic in pueris conscientia non esset, neque in homine, antequam per multos actus eam acquisivisset; ergo &c.

IV. Quod vero conscientia sit actus, probat D. Thomas primo ex ipsa significatione nominis. Nam conscientia significat applicationem scientiæ ad aliquid: unde confite dicitur, quasi simul scire: applicatio autem scientiæ ad aliquid præcise tribuitur. Dicitur enim aliquis habere conscientiam iniquam, quando aliquis iniquationis sibi est confusus. Quamvis sepe contingat, esse peccatum in aliquo; qui tamen conscientiam peccati non habet: unde dicitur Paulus 2. Cor. 4. v. 4. Nihil enim mihi confusus sum: sed non in hoc justificatus sum. Quare D. Th. citato loco ad 3. Secundum hoc (inquit) conscientia iniquata mundari dicitur, secundum quod aliquis, qui

non fecisse; unde in communi usu loquendi dicere solempus: de conscientia hoc feci, vel non feci; sive nescio, an hoc feci factum, vel non factum. Quomodo intelligitur illud Gen. 43. vers. 22. ubi fratres Joseph dicunt: Non est in nostra conscientia, quis posuerit eam (pecuniam) in mansuris nostris. Illud etiam Ecclesiastice 7. v. 23. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro male dixisti alii. Et hoc modo dicitur conscientia testificari, secundum illud Pauli Rom. 9. v. 1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonia mihi perhibente conscientia mea. Vel dum per conscientiam iudicamus, aliquid esse faciendum, vel non faciendum; & secundum hoc conscientia dicitur ligare, vel insigare; & habet similitudinem Legislatoris præcipientis, ut prohibentis, secundum illud Proverb. 12. vers. 10. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientia. Vel dum conversi ad eam, quæ fecimus, iudicamus per conscientiam, bene, vel non bene nos fecisse: & hoc modo dicitur conscientiam, vel excusare; & sic dicitur Paulus 1. Cor. 4. vers. 4. Nihil enim mihi confusus sum: vel accusare, & remordere, quando nempe inventus, factum discordare a scientia, id est ab habitu synderesis, & sapientiæ, secundum illud Rom. 2. vers. 15. Testimonium reddente illi conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitantibus accusantibus, aut etiam defendentibus: ubi conscientia locum habet vel iudicij, vel accusatoris. Patet autem, quod omnia hæc nominant actum consequentem actuale applicationem scientiæ ad aliquid: unde conscientia nominat actum.

V. Observat tamen S. Thomas citatis locis: Quod quia habitus est principium actus, quandoque nomen conscientia tribuitur primo habitui naturali scilicet synderesi. Sicut Hieronymus in cap. 1. Ezech. synderesim conscientiam nominat. Basilus (in princip. Proverb.) naturalem iudicatorium; & Damasc. (l. 2. de Fide c. 12.) dicit, quod est lex intellectus nostri. Confusio enim est, quod causa, & effectus per invicem nominantur. Eadem ratione dicitur lex, quia est iudicium rationis ex lege naturali deducitur. Dicitur scientia, nempe, triquam actualis applicatio scientiæ: habitus autem, ex quibus conscientia informatur, est multi sitis, omnes tamen efficaciam habent ab uno primo principio, scilicet, ab habitu primario principiorum, qui dicitur synderesis. Unde fortissimè hic habitus interiorum conscientia nominatur. Ita D. Thom. 1. par. qu. 79. art. 13. citato ad 3. Ex repetitis autem conscientia actibus non generat ur habitus, qui sit conscientia; sed habitus, qui per conscientiam applicatur, augentur; ut D. Thom. 1. par. qu. 17. de Verit. art. 1. citato ad 4. ubi alia plura docet a meo Candidato ad sui instructionem observanda.

VI. Quod vero conscientia sit actus rationis, seu intellectus, non voluntatis, indicat ipsam conscientiam nomen, quod idem est, ac cum scientia, seu confite. Et D. Thom. hoc art. 13. l. 1. ad 1. vocat conscientiam quoddam mentis dictamen. Basilus supra relatus naturalem iudicatorium animæ. Et actus ipsi, in quibus officia conscientie applicantur, nempe, errare, testificari, accusare, reprehendere, corrigere, iudicare, satis demonstrant, conscientiam esse actum intellectus. Unde Ecclesiastice 7. v. 23. dicitur: Scit enim conscientia tua &c. Et 1. Cor. 10. v. 29. Ut quod vobis sit actus intellectus præcise, etiam constat; sed per applicationem scientiæ ad opus in particulari faciendum, vel non faciendum; & considerare enim de operibus moralibus in communi, pertinet ad scientiam moralem, non ad conscientiam, quæ discernit, & iudicat de factis particulari, an sit faciendum, vel non; an sit bene factum, vel male.

VII. Sed dices, Conscientia dicitur esse bona, vel mala, seu iniquata. Unde Act. 23. v. 1. dicit Paulus: Ego enim conscientia bona convorsus sum ante Deum: ad Timothe. Ep. 1. c. 1. v. 5. Rerum autem præcepti est Charitas de corde puro, & conscientia bona: ad Titum 1. v. 15. Iniquitas sunt verborum, & mens, & conscientia. Et ad Hebr. 9. vers. 14. emundari dicitur: Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortui. Sed esse bonum, & malum, inquiri, & emundari pertinet ad actum voluntatis, in quo est bonitas, vel malitia moralis; ergo &c.

Confirmatur. Non enim dicitur quisquam esse bonæ conscientie, quis, & ex hoc, quod scientia polleat; sed ex hoc, quod sit bonæ voluntatis.

VIII. Respondendo, neg. min. Primo. Quia non solum voluntati convenit esse bonam, sed etiam intellectui practico. Unde Psalm. 110. v. 10. dicitur: Intellectus bonus omnibus facientibus tui: conscientia autem, ut dicebamus, pertinet ad intellectum practicum: unde ejus dictamen dicitur bonum, vel pravi, secundum quod conformatur, vel difformatur rationi rectæ. Sicut etiam illatio dicitur bona, vel mala, si conformatur, vel difformatur resultis bonæ consequentiæ.

IX. Secundo. Quia conscientia dicitur bona, vel mala, eo quod homo sibi confusus est bonæ, vel malæ voluntatis, bonorum, vel malorum operum: unde 1. ad Timoth. 1. citato dicitur iniquata mens, & conscientia.

X. Tertio. Quia conscientia dicitur iniquata, mala, vel raunda, & bona per analogiam ad voluntatem, non quia in se talis sit. Ita S. Thom. qu. 17. de Verit. art. 1. ad 2. iniquitas non dicitur esse in scientia, sicut in subjecto, sed sicut sciam in cognitione: dicitur enim aliquis habere conscientiam iniquam, quando aliquis iniquationis sibi est confusus. Quamvis sepe contingat, esse peccatum in aliquo; qui tamen conscientiam peccati non habet: unde dicitur Paulus 2. Cor. 4. v. 4. Nihil enim mihi confusus sum: sed non in hoc justificatus sum. Quare D. Th. citato loco ad 3. Secundum hoc (inquit) conscientia iniquata mundari dicitur, secundum quod aliquis, qui

sibi sibi confusus prius peccati, postmodum scit (seu rationabiliter existimat, vel existimare potest) se esse a peccato mundatum; & ita dicitur habere conscientiam puram: Est enim eadem conscientia, quæ prius immunda est, & postea mundata non quidem ita, quod conscientia sit subjunctiva mundatæ, & immundatæ: sed quia per conscientiam examinatum utrumque cognoscitur. . . . quæ ex videri principij (esto non eodem numero actu) utrumque cognoscitur.

Ad Confirm. respondeo, non dici aliquem bonæ conscientie præcise, quod scientia polleat: sed ex eo, quod sciat, se esse bonæ voluntatis, seu quod nihil mali sibi confusus sit: scire autem, seu sibi conscium esse, est actus intellectus practici, sicut & iudicium practicum, non voluntatis.

S. II.

Resolvitur secunda Pars.

XI. Diviso conscientia sumi potest, vel ex parte objecti, vel ex parte assensus. Ex parte objecti, dividitur in rectam, seu bonam, aut veram; & in non rectam, seu malam, aut falsam. Conscientia recta, bona, & vera est, quæ dicitur, esse bonum id, quod revera est bonum, & conforme legi, tam in se, quam attentis circumstantiis: sicut e contra esse malum id, quod revera in se, & attentis circumstantiis est malum. Conscientia vero non recta, mala, & falsa est, quæ vel objectum bonum proponit, vel objectum bonum non bene, sed malo modo, aut non debitis circumstantiis.

XII. Ex parte vero assensus dividitur in certam, probabillem, dubiam, scrupulosam, & erroneam. Conscientia certa est, quæ nulli hæsitacione, ac formidine de opposito pulsatur.

Probabilis est, quæ adhæret uni parti, formate dictamen de agendis; ex probabilibus quidem fundamento, sed non certo, omnemque formidinem excludente.

Dubia est, quæ nec assentitur, nec dissentitur alteri parti contradiccionis; sed anceps hæret inter utramque.

Scrupulosa, quæ minor est dubia, illa est, quæ levi dubio ducitur, & habet hæsitacionem ex levi fundamento ortam.

Erronea tandem est, quæ falsis principijs, & fundamentis format dictamen representans aliquid ut conforme regulæ recte rationis, cum revera non sit. Seu id est, quod bonum est, iudicat malum; aut quod malum est, iudicat bonum. Quare cum conscientia non recta, aut falsa confundi solet. Nam conscientia suo iudicio, vel attingit veritatem, seu bonitatem actionis moralis vel non. Si primum, est conscientia recta, vera, & bona. Si secundum: est non recta, falsa, & mala.

XIV. Bonitas secundæ ex parte assensus probatur. Nam conscientia, vel iudicat secundum principia certa, vel probabilia, vel dubia, vel falsa. Si iudicat secundum principia certa: iudicat absque omni profuso formidine, aliquid esse bonum, vel malum: & sic est certa. Si iudicat secundum probabilia: adhæret quidem uni parti, sed non sine formidine alterius: & sic est probabilis. Si secundum principia dubia ut neutri parti sciat se determinare; & hoc, vel ex gravi fundamentum, & sic est dubia: vel ex levi, & sic est scrupulosa. Vel tandem secundum principia falsa iudicat aliter, ac est; & sic est conscientia erronea.

XV. Ad id quoque conscientia tuta, seu secura. Sed hæc non annumeramus inter membra dividentia: quia securitas conscientie est finis, qui intenditur in conscientia formanda: & potest inventiri securitas, tam in conscientia certa, quam in probabilis, si vere; & in praxi probabilis sit. Conscientia ergo certa est conscientia prudenter formata: ubi enim prudentia operatur, absit temeritas, & sic secura proceditur prudentia securam regulam præbet, cum sit virtus. Unde conscientia, ut sit tuta, & secura, postulat aliquam certitudinem saltem in praxi. Nam si sic secura, quia certa, & indubitata, ut nulla formidine pulsatur; manifestum est, eam esse tutam. Si vero sic secura, quia probabilis; debet habere certitudinem de ejus probabilitate: ita ut esto speculative aliqua pulsatur formidine de ejus veritate; facta tamen diligentia, & pensatis omnibus, prudenter existimet, eam esse probabilem. Unde cum prudenter operetur, & prudentia regula certa sit; secura operatur in praxi. Si vero ad hoc non perveniat, ut iudicium de facto, & certo non sit prudens; conscientia non est secura, sed dubia, vel etiam erronea; quamvis speculative, & dispositive probabilitatem habeat.

DUBIUM II.

De Conscientia Recta.

S. I.

A quo Conscientia dicitur Recta.

I. Deo. Conscientia dicitur recta ex eo, quod dicitur secundum rectam rationem. Ita ex Div. Thom. 1. 2. q. 19. art. 3. communiter. Verum observandum est: quod recta ratio alia est speculativa, quæ apprehendit rem; sicut est; unde ex Philosopho: Ab eo, quod res est, vel non est, ratio dicitur vera, vel falsa. Alia vero est recta ratio practica; quæ tunc recta dicitur quando dicitur secundum regulas prudentiæ, seu ita iudicat, ac proponit, quomodo vir prudens hic, & nunc faceret, attentis presentibus circumstantiis. Cum ergo dico, conscientiam esse rectam ex eo, quod dicitur secundum rationem rectam; loquor de ratione non speculative.

culativa, ex qua solum habetur veritas, vel falsitas, sed de ratione practica, ex cuius dictamine habetur bonitas, vel malitia in actu. Ratio autem practica tunc dicitur recta, quando apprehensio sine recto, pura, sine virtutis, iudicat de mediis proportionabilibus, & conducantibus ad talem finem; sic enim prouidentur iudicat, & recte. Unde Div. Thom. citatus ad 2. dicit: In his autem, que sunt ad finem, restitudo rationis consistit in conformitate ad appetitum finis debiti.

II. Porro quod ad restitutum conscientie attendenda sit conformitas ad rationem rectam practice, non speculative, ex eo constat: quia non raro contingit, rationem practicam esse rectam, etiam speculative non sic recta, sed erronea. Quod accidit in factu Jacob accedentis ad Liam, quam inuincibiliter, & inculpabiliter existimabat, esse suam uxorem Genes. 29. Iudicium enim ipsius speculative erat falsum; cum iudicaret, eam esse suam uxorem, que in rei veritate non erat eius uxor: practicum tamen eius iudicium, quo iudicabat in praxi sibi licitum esse ad eam accedere, erat verum; & rectum, quia prudenter iudicabat. Nam omnes viri prudentes, in simili casu constituti, prudenter iudicarent idem, quod ipse iudicavit: nempe omnes prudentes prudenter iudicarent, quod accedere ad eam mulierem, que offertur tanquam uxor propria, & que omnino inculpabiliter nescitur, quod non sit sua propria, esse conforme recte rationi practice, & effecti licitum.

III. Ratio autem est: quia restitudo conscientie regulatur a dictamine prudentie, & veritate intellectus practici: veritas autem intellectus practici, & prudentialis non accipitur per conformitatem intellectus ad rem; sed per conformitatem ad rationem, & appetitum rectum: ut docet D. Thom. 1. 2. quæst. 57. art. 2. ad 3. Unde etiam res aliter sit, dummodo tamen intellectus practicus iudicat ita esse conformiter ad rationem, & appetitum rectum; vere, immo & bene iudicat: & qui secundum tale iudicium agit, agit secundum conscientiam rectam.

S. II.

An conscientia, ut sit recta, debeat conformari voluntati Divina in volito tam formali, quam materiali.

IV. Quomodo in objecto visus, est aliquid quasi formale, nempe, ratio videndi, que est lux; & aliquid quasi materiale, nempe, res visa que est color: ita in objecto, seu volito voluntatis divinæ est aliquid quasi formale; & hoc est ratio volendi, que est bonitas sua; & est aliquid quasi materiale, nempe, res volita. Et sic (inquit D. Thom. q. 23. de Verit. art. 7.) ex parte objecti duplex conformitas inveniri potest. Una ex parte voliti, ut quando homo vult aliquid, quod Deus vult; & hoc est quasi secundum causam materiale: objectum enim est quasi materia alius, unde est minus inter alia. Alia ex parte rationis volendi, seu ex parte finis, ut cum aliquis propter hoc vult aliquid, propter quod Deus: & hæc conformitas est secundum causam finalem. Cum igitur Deus omnia velit propter suam bonitatem, nihil aliud est, voluntatem nostram conformari divinæ in volito formali, seu finali, quam velle id, quod volumus propter divinam bonitatem, & ad ipsum sicut ad finem ultimum omne opus virtualiter, & implicite sive ex opere operantis, sive ex parte operis. Certum est ergo, hæc conformitatem requiri ad conscientiam rectam; nullum enim opus nostrum potest esse rectum, & bonum, nisi ad Deum aliquo ex dictis modis referatur, ut supra ostendimus quæst. 3. Dist. 6. S. 2. De conformitate ergo in re volita quæstio est.

V. Dico. Ut conscientia nostra recta sit, non requiritur, quod semper voluntas nostra conformetur divinæ in volito materiali; immo aliquando restitudo conscientie petit, ut contra illud faciamus. Ita S. August. in Enchirid. cap. 101. Aliquando (inquit) bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult, etiam ipse bona multo amplius, multoque certius voluntate... Tanquam si bonus filius patrem vult vivere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, ut hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona; vel si malus filius velit mori patrem, veli hoc etiam Deus. Nempe ille vult, quod non vult Deus, ipse vero id vult, quod vult Deus: & tamen bona Dei voluntati pietas illius prius observat, quamvis aliud voluntis, quam huius idem voluntis imperat. Quod explicat exemplo Iudeorum, qui volentes Christi mortem, volebant, quod volebat Deus: & tamen voluntas eorum erat mala. Ac similiter exemplo fidelium, qui volebant Paulum peregere in Ierusalem, ne ibi pateretur mala, que Agabus Propheta prædixerat: & eorum voluntas erat bona, quamvis voluntas Dei esset, ut Paulus pateretur.

VI. Hoc exponit Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinibus c. 160. his verbis. Non enim semper velle debemus quod Deus vult, sed quod Deus vult nos velle debere. Voluit enim Deus beatum Martinum ab hoc vita tollere, sed si ipse discipuli hoc vult voluissent, videntes utique existissent, de voluntate quod Deus voluit, sed voluntatem quod Deus voluit non velle debere, & vultam iustitia imere. Quare etiam nolimus quod Deus vult, dum tamen volumus id, quod Deus vult nos velle debere: et sic enim non conformemur in uno volito, conformamur in alio volito, & si non in volito materiali, in volito formali.

VII. Rationem autem, cur non semper teneamur, in volito materiali conformari divinæ voluntati, indicavit S. Augustinus citato loco. Quia sepe alius est finis, ad quem referimus voluntatem nostram, alius est finis voluntatis Dei: sicut

cur alius erat finis Iudeorum voluntatis de Morte Christi; alius erat de eadem voluntate Dei. Et S. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 10. expressit hoc discursu. Cum Deus, utpote universale agens, & provisor, sub alia ratione consideret res, etque velle, ac eas consideret, & velit homo, qui est particularis agens, & provisor; fit, ut illud, quod respectu Dei consideratur ut bonum, & propterea terminat divinam voluntatem, respectu hominis consideretur ut malum, & terminet eius voluntatem: & ideo voluntas Dei si velit illud esse, secundum quod habet rationem boni, sit bona; & voluntas hominis si velit, illud idem non esse secundum quod habet rationem mali, sit etiam bona. Sicut Iudex habet bonam voluntatem, dum vult occisionem latronis; quia considerat bonum commune, quod est iustitia; & respectu huius occisio latronis est bona. Voluntatem autem uxoris latronis similiter est bona, dum non vult ejus occisionem; quia considerat bonum privatum familie: & respectu huius vita latronis est bona. Igitur voluntas hominis potest esse bona, quamvis non conformetur voluntati Divinæ in volito materiali, seu in re volita, dummodo tamen conformetur ei in volito formali, seu suam referat voluntatem ad voluntatem Dei, seu ad volitum Divinum: id est, quod ita velit, sicut Deus vult, illam velle debere.

VIII. Hoc autem ideo est, quia sepe nescimus, quantum sit voluntas Dei in particulari. Si tamen eam sciremus, sicut eam scimus Beati; teneremus, sicut illi, ita & nos conformari eidem tam in volito formali, quam in materiali, ut docet D. Thom. citatus ad 2. Quapropter in eis, que finis a Deo esse voluit, quæ ab ipso præcepta, vel nolita, quia ab eo prohibita, tenemus enim ea velle, & facere, que Deus præcipit; & nollet, ac omittet, que prohibet.

IX. Quoad ea vero, que sunt consilia, non sic tenemus voluntatem nostram conformare divinæ, quasi debeamus ea velle; sed facti est, ut ea approbemus tanquam bona maioris perfectionis. Certum enim est, cum conscientia recta procedere eos, qui volunt matrimonium potius, quam celibatum amplecti; & bona fide sequare potius, quam ea præcepte Christum relinquere: de virginitate enim dicit Christus Matth. 19. v. 12. Qui potest capere, capiat; & Paulus 1. Cor. 7. v. 25. Præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Bona etiam possident, dummodo iis non serviant, non damnantur. Quia tamen ea, que consilia sunt, bona sunt, immo meliora; non licet illa, vel contemnere, vel vitia asserere.

X. Quantum ad ea, que Deus nec præcipere, nec consilium potest, sed solum permittere, non tenemus voluntatem nostram ita conformare, ut velimus, quod nobis illa permittit: sed facti est, ut ejus permissionem non reprehendamus, aut de ea non murmuremus. Quia dum peccamus, ideo necamus, quia libere volumus, & Deus nihil permittit, nisi ex causa rationabilis, quia nempe provisor universalis est. Et peccatum licet sit disconveniens personæ particulari, que peccat, est tamen conveniens bono universali, ut ordo divinæ iustitiæ manifestetur.

S. III.

Serventur, qui in specie voluntati contraria.

XI. Primo obijciens. In oratione Dominica petimus. Fina voluntas tua, sicut in Cælo, & in terra; sed in celo, Beati conformes sunt divinæ voluntati in volito tam formali, quam materiali: ergo &c.

Respondet, nos petere, ut fiat voluntas Dei in terra, sicut in Cælo: quia eo ipso, quod agitur sit nobis, et conformari debemus: cum autem volita particularia non sint omnia nobis nota, sicut sunt nota Beatis in Cælo; in volito materiali conformari non possumus, & non tenetur: sed facti est, ut in volito formali conformemur, volendo omne, quod Deus vult nobis velle ad gloriam suam. Et vel maxime, quod Deus vult aliquid, & sepe vult, ut illud nos non velimus; ut superius ostendimus. Licet autem voluntas divina sit rectissima in omni suo volito, etiam materiali; quia illud considerat secundum rationes universales sue providentiæ: quia tamen sub ratione particulari, sub qua a nobis consideratur, potest esse non iustum, & non rectum; ideo aliquando non debemus illud velle, quamvis a Deo sit volitum.

XII. Secundo obijciens. Non conformari in volito materiali cum divina voluntate, est velle oppositum ejus, quod Deus vult, ac proinde velle resistere Dei voluntati: sed hoc est impium; ergo &c.

Respondet, majorem fore veram, si homo veller oppositum ejus, quod vult Deus, eo animo, & intentione, ut se opponeret divinæ voluntati, ejusque providentiæ dispositioni: hoc enim fore impium: non tamen, si præcise velit oppositum, quia existimat, id, quod vult Deus, esse sibi malum, & ad illud vitandum ematur; maxime cum nesciat, illud esse volitum a Deo. Immo in hoc etiam voluntatem Dei adimplere: nam Deus sicut ex una parte vult interdum permittere id, quod est nobis malum: ita vult ex altera, ut illud fugiamus. Quare Div. Thom. citata quæst. 19. art. 10. ait: Secundum autem quod non conformatur ei in volito materiali, conformatur ei secundum rationem causa efficientis: quia hæc propriam inclinationem consequentem naturam vel apprehensionem particulari huius rei, habet res a Deo, sicut a causa efficiens. Unde concipit acti, quod conformatur quantum ad hoc voluntas hominis voluntati divinæ, quia vult hoc, quod Deus vult eum velle.

DUBIUM III.

De Conscientia errant quomodo obliget.

S. I.

An agere contra Conscientiam sit peccatum?

I. Dico primo. Agere contra conscientiam sive rectam, sive erroneam semper peccatum est. Ita D. Thom. hæc 1. 2. q. 19. a. 5. ubi statuit, quod omnis voluntas discordans a ratione, sive recta, sive errant, semper est mala: discordans autem a ratione, sive recta, sive errant idem est, ac agere contra conscientiam sive rectam, sive erroneam. Quod probat. Nam bonitas, & malitia voluntatis pendet ex objecto, non quidem secundum sui naturam considerato, sed secundum quod a ratione proponitur; si ergo ratio, est erronea dicitur, rem, que bona, vel indifferens est, esse malam, & prohibitam, ac nihilominus voluntas in eam fertur, voluntas erit mala, quia fertur in id, quod apprehenditur ut malum, sive ut prohibitum. Si autem ratio dicitur, rem, que mala est, esse bonam, ac præceptam, nec tamen voluntas eam appetat; voluntas est mala, quia non fertur in bonum, quod apprehenditur ut præceptum. Non solum enim (ait D. Thom. laudato loco) id quod est indifferens, potest accipere rationem boni, vel mali, per accidens; sed etiam id, quod est bonum, potest accipere rationem mali, vel illud, quod est malum, rationem boni, propter apprehensionem rationis: puta abstinere a fornicatione bonum quoddam est; tamen in hoc bonum non fertur voluntas, nisi secundum quod a ratione proponitur. Si ergo proponatur ut malum a ratione erronea, fertur in hoc sub ratione mali: unde voluntas erit mala, quia vult malum; non quidem id, quod est malum per se, sed id, quod est malum per accidens propter apprehensionem rationis. Et similiter credere in Christum, est bene bonum, & necessarium ad salutem; sed voluntas non fertur in hoc, nisi secundum quod a ratione proponitur: unde si a ratione proponatur, ut malum, voluntas fertur in hoc, ut malum; non quia illud sit malum secundum se, sed quia est malum per accidens ex apprehensione rationis.

II. Nota tamen, hic sermone esse de conscientia, seu ratione proponente aliquid tanquam præceptum, vel prohibitum. Quia est conscientia dicitur aliquid quod bonum sit vivere castitatem, & abstinere a conjugio; non erit tamen censendus agere contra conscientiam per hoc, quod nollet castitatem vivere, sed velit conjugio copulari; qui conscientia ei quidem dicitur, bonum, imo melius esse castitatem vivere, sed non dicitur, id esse præceptum, & conjugium prohibitum. Et in hoc sensu exponendus est D. Thom. ut apparet ex his, que sibi docet ad 2. & 3. Unde in dist. 39. quæst. 3. art. 3. ad 6. ait: Conscientia, ut dicitur est, obligat virtute præcepti divini, sub cuius ratione apprehendit illud, quod ratio dicitur. Et ideo si illud apprehendatur, ut directe cadens sub præcepto, peccat mortaliter, omittendo quod conscientia dicitur, & etiam si sit veniale, & indifferens. Si autem apprehendatur ut non directe cadens sub præcepto, vel prohibitione, tunc non fit directe contra conscientiam, sed præter eam: & ita non peccatur mortaliter, sed venialiter, vel etiam nullo modo. Sicut quando conscientia dicitur vitium, quod bonum est facere aliquid opus consilii: si non facit, non peccat, quia non apprehendit ut bonum debitum, & necessarium ad salutem, & præcepto subiacet.

III. Hanc veritatem indicavit Paulus Rom. 14. vers. 23. & 23. Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est. Ubi S. Thom. lect. 3. ait: Beatus, qui non iudicat semetipsum, id est, cuius conscientia cum non reprehendat, vel condemnat. Qui autem discernit, id est, qui habet opinionem iustam, quod oportuit cibos discernere, si manducaverit, scilicet, cibus, quos reputat esse illicitos, damnatus est; ex hoc, quod quantum in ipso est, habet voluntatem faciendi quod est illicitum: & sic delinquit proprio iudicio condemnatus, ut dicitur Titul. 3. Tertio assignat causam ejus, quod dixerat, dicens, quia non est fide: ideo scilicet condemnatus est. Preter autem hic fides dupliciter accipi. Uno modo de fide, que est virtus: alio modo sciendum quod fides dicitur conscientia. Et hæc due conceptiones non differunt, nisi secundum differentiam particularis, & universalis: id enim, quod universaliter fide tenemus, pura, istum ciborum esse licitum, vel illicitum, conscientia applicat ad opus, quod est factum, vel faciendum. Dicitur ergo, cum qui manducat, & discernit, esse condemnatum; quod hoc non est ex fide, imo est contra fidem, id est, contra virtutem fidei, & contra conscientiam facientis. Quibus Sanctus Thomas docet primo, quod qui habet opinionem, est falsam; alium cibum esse illicitum, si manducaverit, ex sensu D. Pauli damnatus est, id est, peccat. Secundo, rationem reddit: quia scilicet habens talem opinionem, quod cibus sit illicitus, & istum manducatur, quantum in ipso est, habet voluntatem faciendi quod illicitum est. Tertio, idem probat ex Pauli sententia: quia non est ex fide: imo assero, quod non est ex fide, peccatum est, que verba, dicit, referri posse ad fidei virtutem, & ad conscientiam, sicut ad universale; & particulari. Quod etiam fide tenemus esse licitum, vel illicitum, hoc conscientia dicitur in particulari: & ideo sicut qui agit contra fidem virtutem damnatus est: ita, & qui agit contra id, quod hæc & nunc illi dicitur conscientia. Quibus inter concilia Patres, & Doctores quorum aliqui (inter quos Sanctus Augustinus lib. de Gestis Pelagii cap. 24. & lib. 4. contra Julian. cap. 3. & de Coniug.

Conſing. cap. 12.) per fidem intelligunt ipſam fidei virtutem, alii vero conſcientie dictamen.

IV. Sed hoc clarior docet idem S. Paulus 1. Corin. 8. v. 7. Quamvis autem cum conſcientia uſque nunc habili, quæſt. idoloſtrum manducant; & conſcientia iſtorum, cum ſit infirma, ſollicitur. Unde repetit ibid. cap. 10. v. 25. Omne, quod in melleo uenit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Super quæ. D. Thom. ibi lect. 6. Nihil (inquit) faciendum eſt ſcienter, quod laedat conſcientiam ejuſ, qui facit: Sed conſciẽtã idoloſtrij eſt hãjuzmãdã ergo nihil tale eſt faciendum. Quare Innoç. III. Cap. Per tuas de ſimonã Monacho, qui ex quorundam relatione dicerat, ſe fuiſſe ſimoniaci ab Epifcopo ordinatum in Subdiaconatũ, referibit, ne ab eodem Epifcopo ſuperiorẽ Ordineſ ſuſcipiat; niſi prius talem conſcientiam depoſuerit: Sed contra conſcientiam ad ſuperiores Ordines non aſcendat; ne forte adificet ad gehennam.

V. Patet ergo ex dictis, conſcientiam, eſſe erroneam ad huc ligatẽ, & obligare hominem ad eam ſequendam; & non ſolum negative, ut ſcilicet non faciat contra ipſam: ſed etiam poſitive; ut tempore faciat id, quod ipſa dicat, hic & nunc eſſe faciendum; ſed quod ipſa dicat, eſſe omittendum; & non omittat quod ipſa non omittendum, et ſi erronee iudicat.

VI. Quia vero conſcientia dupliciter erronea eſſe poteſt: vel invincibiliter, quando ſcilicet adhibita diligentia humano modo poſſibili, ſuperat error non potuit: vel vincibiliter, quando adhibita diligentia præſata, inſuffici poterat de veritate, & abſolute errore, ſed neglexit: Prima dicitur inciviliter erronea, ſecunda vero culpabiliter, ut de ignorantia ſuperius dictum eſt: propterea eſſe rationes, & auctoritates hæcenus allatæ: evineant, conſcientiam invincibiliter erroneam ligatẽ, & obligatẽ ad eam ſequendam; ſuperſeſſe poteſt adhuc dubium de conſcientia erronea vincibiliter. Unde.

VII. Dico ſecundo, Conſcientia erronea, etiam vincibiliter, obligat ad eam ſequendam. Ita D. Thom. quaſt. 17. de Verit. art. 4. ubi ait: Quamvis igitur talis conſcientia, quæ eſt erronea, deponi poſſit; nihilominus tamen, dum manet obligatoria eſt: quia tranſgreſſor ipſius de neceſſitate peccatum incurrit. Diverſimode tamen reſta conſcientia, & erronea ligat: reſta quidem ligat ſimpliciter, & per ſe; erronea autem ſecundum quid, & per accidens. Dico autem, reſtam ligatẽ ſimpliciter, quia ligat abſolute, & in omnem eventum: ſi enim aliquis habeat conſcientiam de vitando adulterio, ipſam conſcientiam ſine peccato non poſſet deponere; quia in hoc ipſo, quod cum deponeret, errando graviter peccaret: ea autem manente, non poſſet præteriri in actu ſine peccato: unde abſolute ligat, & in omnem eventum. Sed conſcientia erronea non ligat, niſi ſecundum quid, & ſub conditione. Ille enim, cui dicitur conſcientia, quod tenetur ad fornicationem, non eſt obligatus, ut fornicationem ſine peccato dimittat non poſſit, niſi ſub hæc conditione, ſi talis conſcientia daret: Hæc autem conſcientia remota poſſet abſque peccato. Unde talis conſcientia non obligat in omnem eventum: poſſet enim aliquis contringere, ſcilicet, deſpecto conſcientia, quod contingente, alterius non ligatur. Quod autem ſub conditione non vincit, ſecundum quid eſt dicitur. Quæ Divi Thomæ doctrina, quam repetit ibi ad 4. bene ſtandã eſt.

VIII. Ex ea namque apparet, differentiam inter conſcientiam erroneam vincibilem, & invincibilem, non in eo ſitam eſſe, ut una liget, nempe invincibilis; altera, nempe vincibilis, non liget: cum enim utraq; licet erronea, iudicet ſecundum legem Dei, hoc eſſe faciendum, vel omittendum: in obligando quoad ſi ſequelam parẽs ſunt: ſed differre in hoc, quod conſcientia erronea vincibiliter poteſt, & debet deponi, conſcientia vero erronea invincibiliter non poteſt, & ideo non debet deponi. Stare autem poteſt cum obligatione non deponendi conſcientiam, obligatio operandi ſecundum illam, dum non deponitur: nam aliunde natiur obligatio ad deponendam conſcientiam, aliunde obligatio operandi ſecundum illam. Quia obligatio ad deponendam conſcientiam non natiur ex ipſa conſcientia, ſed ex altiori principio: quia nempe ratio naturalis dicitur, quod qui, cum poſſit, non fecit ſufficientem diligentiam, tenetur illam facere; & ignorantiam, quando eſt vincibilis, tollere, nec procedere temere ad operandum, ſed prudenter. Ad obligatio operandi ſecundum conſcientiam, eſt erroneam, & non contra illam, natiur ex ipſa conſcientia, ſeu dictamine proponente legem, ſeu præceptum, & obligationem ejuſ hic & nunc: unde quoad talis conſcientia non deponitur, ſemper lex ipſa, ut talis iudicet uterq; & obligat, quia proponitur ut lex; ergo ut obligat. Hinc ſi contrarium, tali conſcientia manente, agere dicitur; quantum in ſe eſt, ex hoc ipſo habet voluntariam legem Dei non obſervandi: unde moraliter peccat. Ita Sanctus Thomas q. 17. de Verit. a. 4.

S. II.

Solvuntur ea, quæ militans contra dicitur.

IX. Obicitur primo. Conſcientia in tantum obligat, in quantum, ut diximus, eſt proxima, & ſecunda regula derivata a lege æterna Dei, cujuſ eſt participatio: ſed conſcientia errans non derivatur a lege æterna Dei, cura dicitur oppoſitum ejuſ, quod lex æterna præcipit, vel prohibet; ergo &c.

X. Conſtitimur. Vel conſcientia erronea obligat virtute propria, vel virtute legis divinæ. Non primum: quia conſcientia non eſt prima, ſed ſecunda regula morum; ideoque virtute propria obligare non poteſt, ſed vi derivata a prima regula, quæ eſt lex divina. Non ſecundum: quia cum conſcientia erronea aliquando dicitur malum, ſi obligaret virtute divina, Deus obligaret ad peccatum. Et inſuper conſcientia erronea non poteſt eſſe a Deo, qui non poteſt eſſe cauſa factiſtat, vel erroris; ergo nec obligatio, quæ in errore fundatur, a Deo eſſe poteſt.

XI. Reſpondeo ex D. Thom. hac 1. 2. quaſt. 19. art. 5. ad 1. Cum enim ſimile argumentum ſibi objecit, reſpondet: Ad primum ergo dicendum, quod iudicium rationis errantis, licet non derivetur a Deo, tamen ratio errans iudicium ſuum proponit, ut verum, & per conſequens ut a Deo derivatum, & quo eſt omniſi veritas. Quare in forma diſt. maj. A lege æterna, ſive in re, ſive in extimatione, conc. maj. Præciſe in re, nego maj. & diſt. min. Non derivatur in re, conc. min. In extimatione, nego. min. Cum enim conſcientia erronea iudicium, eſt, quia erroneum, non dicitur a Deo in re, ita tamen proponatur, ac ſi eſſet verum, & derivatum a Deo, ejuſque leges ideo obligat voluntatem ad illud ſequendum. Quare, ut conſcientia obliget, non eſt neceſſe, ut de facto derivetur a Deo; ſed ſufficit, ut proponat iudicium ſuum, ut verum: ſi enim illud proponit, ut derivatum a Deo, & ad illud ſequendum obligat. Ut enim ait idem Sanctus Doctor quaſt. 17. de Verit. art. 4. ad 1. Quamvis id, quod dicitur erronea conſcientia, non conſonum ſit legi Dei; tamen accipitur ad errantem, ut ipſa lex Dei: & ideo per ſe loquendo, ſi ab hoc reſpondeo, recedit a lege Dei, quamvis per accidens ſit, quæ a lege Dei non recedit.

XII. Ad conſtitim. dico eum eodem Sancto Doctore in 2. diſt. 39. quaſt. 2. art. 3. ad 3. Quod conſcientia obligat, non virtute propria, ſed virtute præcepti divini: non enim conſcientia dicitur, aliquid eſſe faciendum, hæc ratio, quia ſibi videtur; ſed hæc ratio, quia a Deo præceptum eſt. Unde per accidens ex virtute divini præcepti obligat: in quantum dicitur hoc, ut præceptum a Deo. Et ideo dicitur conſcientia obligat, quam præceptum prælati, ſicut & præceptum divinum, in cuius virtute ligat. Sicut patet, ſi præceptum Regis non pervenit ad populum, niſi mediante aliquo Principe: ſi Princeps diceret, hoc eſt præceptum a Rege, quantum non eſſet verum, dicitur ſuum obligat, ut præceptum Regis ita quod contentum peccaret mereretur poenam. Simili exemplo utitur 1. 2. quaſt. 19. art. 5. ad 2. & quaſt. 17. de Verit. art. 4. ad 2. ubi addit: Tunc enim idem eſſet contentum præceptum Imperatoris, & præceptum, ſive præceptum verum diceret, ſive mentiurur.

XIII. Ex quibus ſequitur, Deum non concurrere per ſe, nec ad errorem, nec ad peccatum (ſi inde ſequatur, ut ſi conſcientia fit vincibiliter erronea) Nam in conſcientia erronea, duo ſunt. Unum eſt iudicare hoc eſſe faciendum, quia a Deo præceptum: alterum eſt, in tali iudicio cum errare. Primum derivatur a lege Dei, quæ dicitur omne, quod proponitur, ut a Deo præceptum, eſſe faciendum: ſecundum vero, nempe applicatio iudicii ad talem materiam, in qua conſiſtit error, a Deo non eſt, ſed ab ipſa conſcientia errante. Unde quantumvis erret in eo, quod eſt de materiali, & ab ipſa: non tamen erret in eo, quod eſt de formali, & a lege æterna derivatur: & ab hoc per ſe natiur obligatio, quamvis per accidens, ſtante errore, extendatur etiam materiale. Hæc eſt Doctrina Sancti Thomæ tum in 2. diſt. 39. quaſt. 3. art. 3. tum quaſt. 17. de Verit. art. 4. ubi docet, quod conſcientia per ſe ligat, quantum reſta; quantum autem erronea, ſolum per accidens, hiſ verbis: Dico etiam, quod conſcientia reſta per ſe ligat, erronea autem per accidens, quod ex hoc patet. Qui enim vult, vel amat unum propter alterum, illud quidem, propter quod amat reliquum, per ſe amat; quod vero propter aliud, quaſi per accidens. Sicut quod vinum amat propter dulce, amat dulce per ſe, vinum autem per accidens. Ille autem, qui conſcientiam erroneam habet, videtur eam eſſe reſtam, alius non erraret, nec inhæret conſcientia erronea, niſi propter reſtitutionem, quam in ea credit eſſe: inhæret quidem per ſe loquendo reſta conſcientia, ſed erronea quaſi per accidens, in quantum hæc conſcientiam, quam credit eſſe reſtam, contingit eſſe erroneam. Et inde eſt, quod per ſe loquendo ligatur a conſcientia reſta, per accidens vero ab erronea.

XIV. Non ſequitur tamen, quod Deus obliget ad peccatum, adhuc materialiter, & per accidens: quia ad materiam, quæ in re eſt peccatum & erronee exiſtitant, non eſſe peccatum, ſed præceptum, Deus non obligat, ſed ad formalem rationem: ſcilicet, ad id, quod dicitur conſcientia reſta, id eſt ad obediendum ei, quod per modum legis proponitur: hoc enim eſt de iure naturali, ut ei, quod præcipit lex, & pro lege æſtimatur, obediatur, & hoc juſ a Deo deſcendit. Ex quo etiam ſequitur, legem non obligare contra ſe ipſam. Non enim obligat ad id, quod ipſa vetat, ſed ad id, quod præcipit, nempe, ut ſibi obediatur in omni eo, quod vel in re, vel in æſtimatione ab ea præcipitur. Quamvis inſuper lex, & Deus non ſit cauſa talis erroris, eſt tamen cauſa talis obligationis: quia eſt ſuppont errorum a conſcientia errante, obligatio tamen non conſequitur a conſcientia, ut errante, ſed ut inſtrumentum legem divinam. Non enim conſcientia, quia errat, obligat, ſed quia, licet errando, legem Dei hic & nunc obligat intimat.

XV. Sed dices. Conſcientiam proponere legem Dei hic & nunc obligare ad proferendum, puta, mendacium, eſt errare: ergo ſi

go ſi conſcientia, ex quo errat, non obligat, nec obligat, dum legem Dei hic & nunc proponit.

Reſpondeo ad art. eſſe quidem errare materialiter, & in re, ſed non formaliter, & in æſtimatione; imo in tantum obligat, in quantum æſtimat eſſe verum, & a Deo id, quod dicitur, nam ſi ſciat, ſe errare; nec dicitur eſſe mentium, nec eſt conſcientia erronea, nec ad ſi ſequelam obligat. Obligat ergo in quantum exiſtitant, ſe verum dicere; quod formaliter non eſt errare, ſed ſolum materialiter, & in re.

XVI. Reſpondeo, Ex dictis, ſi quis ſciat, ſe habere conſcientiam erroneam, hoc ipſo ceſſat obligatio eam ſequendi: ſed ſola notitia rei, cum ſi demanatio pure extrinſeca faciens talem rem cognitam, non poteſt tollere obligationem, ſi eam de ſe inducat; ergo ſi ſtante notitia conſcientia erronea amplius non obligat, nec ante notitiam obligabat.

Reſpondeo, notitiam rei directe quidem non poſſe tollere obligationem, quæ per ſe oriatur ex aliquo principio: ſi tamen per accidens oriatur ex falſa extimatione, hæc tollendo per ſcientiam, tollit quoque obligationem. Sic cum & obligatio, inducã a conſcientia erronea fit a lege falſo extimatione, tollendo falſam extimationem, tollit legem, & conſequenter etiam obligationem.

XVII. Secundo obicitur. Quando lex ſuperior dicitur oppoſitum legis inferioris, debemus relinquere legem inferiorem, & ſequi ſuperiorem unde S. Auguſt. Serm. 6. de Verb. Dom. nunc Serm. 62. cap. 8. ſuperius (inquit) poſitum præceptum non obligat, ſi contrarium præcepto poſitum ſuperius: ſicut ſi præceptum jubet aliquid, quod imperator prohibet; ergo quavis lex conſcientia, quæ eſt inferior, dicitur aliquid, ſi hoc ſit contrarium legi æternæ, quæ eſt ſuperior, hæc tenetur ſequi, non illam.

XVIII. Reſpondeo, ant. eſſe verum, quando cognoscitur, id, quod dicitur lex ſuperior, eſſe contrarium ei, quod dicitur lex inferior. Ita D. Thom. 1. 2. quaſt. 19. art. 5. ad 2. dicens: Quod verbum Auguſtini habet locum, quando cognoscitur, quod inferior poſitum præceptum imperatoris poſitum poſitum: ſed ſi aliquis crediderit, quod præceptum præconſulti eſſe præceptum Imperatoris, conſentendo præceptum præconſulti, conſentens præceptum Imperatoris. Et ſimiliter ſi aliquis homo cognoſceret, quod ratio humana dicitur aliquid contra præceptum Dei, non tenetur rationem ſequi: ſed tunc ratio non totaliter eſt errans. Sed quando ratio errans proponit aliquid ut præceptum Dei, tunc idem eſt conſentendo dictam rationi, & Dei præceptum.

Aliter reſpondet idem S. D. quaſt. 17. de Verit. art. 4. ad 2. Quod ratio illa procedit, quando ſuperioris, vel inferioris ſunt diſtincta præcepta, & utrumque per ſe diſtinctum pervenit ad eum, qui præcepto obligatur; quod hic non contingit: quia conſcientia diſtans nihil eſt aliud, quam perverſio præcepti divini ad eum, qui conſcientiam habet. eſt autem ſimile in exemplo propoſito, ſi præceptum Imperatoris nunquam ad aliquem pervenire poſſet, niſi mediante præconſulto; & præconſul non præcipere, niſi vocatus Imperatoris præceptum. Tunc enim idem eſſet, conſentens præceptum Imperatoris, & præconſulti, ſive præconſul verum diceret, ſive mentiurur.

XIX. Tertio obicitur, probando, conſcientiam, quando eſt vincibilis, non obligare. Si enim obligaret, voluntas eſſet in ſtatu, in quo non poſſet, niſi peccare, & obligata eſſet ad peccandum: quod probõ. Nam diſtante conſcientia vincibiliter errante hic & nunc bonum eſſe mentiri; vel voluntas talem conſcientiam ſequitur, & mentitur, & ſic peccat, quia culpabiliter vult malum ſub ratione boni: vel voluntas eam non ſequitur; & ſic etiam peccat: quia ſi ſemel obligat, diſcordat a conſcientia eſt vincibiliter erronea, peccatum erit.

Conſtitimur. Si conſcientia vincibiliter erronea obligaret, ille, qui eam habet, eſſet perplexus: quocumque enim ſe verteret, peccaret. Si enim haberet dictam, quod oportet mentiri ad ſalvandam vitam; & peccaret mentiendo, quia eſt intrinſece malum; & non mentiendo, quia ageret contra conſcientiam.

XX. Reſpondeo, neg. Aſſumptum. Ad probat. nego ant. Abſolute enim habens conſcientiam vincibiliter erroneam poteſt vitare peccatum; quia poſſet deponere conſcientiam illam, & tenetur: quod ſi non deponit, ipſe fecit ſibi neceſſitatem peccandi. Sicut qui habet intentionem malam, ea ſtante, ſive fiat actus præceptus, ſive non fiat, peccatum incurrit; hæc tamen neceſſitas fit ab homine, qui, cum debeat, & poſſit intentionem malam deponere, non deponit.

XXI. Ad Conf. eodem modo dico, quod habens conſcientiam vincibiliter erroneam, non eſt abſolute perplexus inter agere & non agere; cum poſſet a perplexitate ſe expedire, deponendo conſcientiam erroneam: quod ſi non præſtat, ipſe ſibi læſe perplexitatem. Ita reſpondet Auguſtinus nolter tum in 2. diſt. 39. quaſt. 3. art. 3. ad 3. ubi ait: Dicendum, quod ſimpliciter nullus perplexus eſt, abſolute loquendo: ſed quoad poſſe, non eſt inconveniens, illo ſtante, aliquem perplexum fore: ſicut inſententia mala ſtante, ſive fiat actus debitus, qui eſt in præcepto, ſive non fiat, peccatum incurritur. Similiter etiam ſtante erronea conſcientia, quicquid fiat, peccatum non vitatur. Sed poſſet homo conſcientiam erroneam, ſive & intentionem pravam deponere: & ideo non eſt ſimpliciter perplexus. Tum 2. quaſt. 19. art. 6. ad 3. hiſ verbis: Sicut in ſyllogiſtico, non inconvenienti dicitur, neceſſe eſt alia ſequi: ita in moralibus, non inconvenienti poſſo, ex neceſſitate alia ſequitur, ſicut ſuppoſito, quod aliquis quarat inane gloriã; ſive propter inane gloriã faciat, quod facere tenetur, ſive dimittat, ſemper peccabit; nec tamen eſt perplexus: quia poſſet intentionem malam di-

mittere: & ſimiliter ſuppoſito errore rationis, vel conſcientia, qui procedit ex ignorantia non excuſante, neceſſe eſt, quod ſequatur malum in voluntate: nec tamen eſt homo perplexus; quia poſſet ab errore recedere, cum ignorantia ſit vincibilis, & voluntaria. Item docet quaſt. 17. de Verit. art. 4. ad 8.

XXII. Dices tamen. Si conſcientia vincibiliter errans obligat, nullus poteſt licite facere, niſi quod ipſa dicit: at ipſa non dicit ſui depoſitionem: ergo licite nequit quis ſuam conſcientiam deponere.

Reſpondeo, majorem eſſe veram, ſi aliquis velit agere juxta illam, & perſeverare in errore: non tamen veram abſolute. Cum enim ſit aliud dictamen alius, quod non procedamus ad agendum, niſi prius facta debita diligentia; an conformemur legi; ex hoc tenetur deponere errorem, ſi vincibilis eſt. Unde bene advertit Caſtanus ad art. 15. quaſt. 10. Ratio erronea non habet in ſe unde liget, ſed quantum accipitur: accipitur autem, dum quis non vult a ſe deſpelle-re errorem, ſaciendo debitam diligentiam pro ſcienda veritate, ſi poteſt.

XXIII. Quarto obicitur. Si conſcientia, erronea præferim vincibilis, obligat, ſequitur, Deum faltem indirecẽ obligare, & præcipere actus intrinſece malos: qui enim erronee crederet, neceſſarium eſſe mentiri in iudicio ad ſalvandam vitam proximi, teneretur ex præcepto in iudicio mentiri, quod eſt intrinſece malum.

Reſpondeo, neg. ſequelam. Deus enim per ſe præcipit deponere conſcientiam vincibiliter erroneam, & prohibet eam accipere; quod ſi voluntas ſecundum eam vult agere, præcipit Deus, ne agat contra legem ſuam eſſi falſo exiſtitant. Quare duo ſunt diſtinguenda. Unum eſt, non committere errorem legis Dei, eſſi falſo exiſtitant: Primum ad Deum reducitur: ſecundum eſt a conſcientia errante, & abutente; & in hoc eſt peccatum.

XXIV. Obicitur quinto. Non eſt explicabile, quale peccatum ſit, & contra quam virtutem, agere contra conſcientiam erroneam.

Reſpondeo, ea, quæ ſunt contra conſcientiam erroneam, non eſſe ex hoc ipſo in aliqua certa ſpecie peccati; ſed pertinere ad eam, quam conſcientia dicitur. Veluti ſi conſcientia dicitur, non eſſe laute quotidie comedendum; imtemperantia peccatum erit quotidie epulari. Si ei dicitur, eſſe mentiantur pro ſervanda vita innocentiſ; non mentiri, ea conſcientia perſeverante, homicidii peccatum; Si dicitur, eſſe ſacrilegium jurare, peccatum erit facilligii; ſi iuret: Si ad uxorem ſuam accedat, putans eſſe alienam, committit adulterium. Unde D. Thom. hæc quaſt. art. 7. ad 3. & quaſt. 17. de Verit. art. 5. ad 9. ait: Quod quando conſcientia erronea dicitur aliquid faciendum, dicitur illud ſub aliqua ratione boni; vel quaſi opus juſtitiæ, vel temperantiæ, &c. ſic de aliis. Et ideo tranſgreſſor incurrit in vitium contrarium illi virtuti, ſub cuius ſpecie conſcientia illud dicitur. Vel ſi dicitur illud ſub ſpecie divini præcepti, vel alius præcepti; tantum incurrit peccatum involuntariæ conſcientiam tranſgreſſionis.

S. III.

Quædam dubia reſolvuntur.

XXV. Quæſt. prima. Quale, & quantum peccatum ſit agere contra conſcientiam.

Reſpondeo primo: quod agere contra conſcientiam reſtam, tale peccatum eſt, quale eſt præceptum, id eſt mortale, ſi præceptum obliget ad mortale; veniale autem, ſi ſolum ad veniale obliget. Nam agere contra conſcientiam reſtam, nec addit novam peccati ſpeciem, nec diverſæ rationis quantitatem: & ideo relinquit, peccatum eſſe tale, qualis eſt tranſgreſſio præcepti, quod violat.

XXVI. Reſpondeo ſecundo. Agere contra conſcientiam errantem eſt peccatum mortale, quando is, qui ita agit, putat ſe ſub mortali obligatum ad non agendum: veniale vero, ſi ſolum putat, ſe ſub veniali obligatum, & id, quod agit, non ſit aliunde mortale. Quod propterea additur: quia ſi quis putat eſſe veniale id, quod eſt ex ſe mortale; non ideo peccabit ſolum venialiter, ſi hoc agit, niſi poneretur error, ſive ignorantia invincibilis. Ratio autem reſponſionis eſt: quia totum ejuſmodi peccatum natiur ex errore, & apprehenſionẽ: ita ut voluntas ſolum feratur in errorem, & apprehenſionem: ita ut voluntas ſolum feratur in rem prohibitam, ſecundum quod apprehenditur ut prohibita, vel ſub mortali, vel ſub veniali. Unde ſit, quod is, qui rem, aliquam bonam, putat eſſe mortaliter vitatam, mortaliter peccat eam faciendõ: & ſimiliter ſi id, quod ſolum eſt peccatum veniale, putet eſſe mortale; ſi autem quod bonum eſt, putet eſſe veniale, peccabit venialiter illud agendo.

XXVII. Sed quid dicendum, quando quis agit contra conſcientiam non dictantem determinatẽ, an ſit mortale, an ſit veniale: quod contingit in idiotis, qui ſunt ea, que agunt, eſſe peccata, ſed non advertunt, neque diſtingunt, an ſint mortalia, vel venialia?

Non deſunt qui putent, hos venialiter ſolum peccare, dum agunt contra hæc conſcientiam: quia non iudicatur eſſe grave peccatum vel id, quod ſolum in genere eſt illicitum.

XXVIII. Sed veroliſſimus credo, eum, qui contra talem conſcientiam agit, peccare mortaliter. Tum quia ſe exponit periculo peccandi mortaliter; & paratus peccare in genere, conſentur paratus æque magna, ac parata peccata committere. Tum quia qui paratus eſt jurare quilibet, non penſato, an ſit verum, vel falſum peccat mortaliter, quando jurat, eo quod

quod periculo perjurii se exponat; ergo similiter qui contra conscientiam dicantem aliquid esse peccatum, sed non determinantem, an sit veniale, an mortale, voluntarie operatur negligens examinare, an sit mortale, vel veniale; censetur paratus peccare etiam mortaliter, & periculo se exponere; & consequenter peccat mortaliter sic agendo. — Excipe tamen, si quis ita dispositus esset, ut licet nihil cogitet de mortali, vel de veniali; si tamen sciret esse mortale, nollet contra conscientiam agere: in hoc enim casu censetur, peccare solum venialiter.

XXIX. Quæres secundo. An sit gravior peccatum agere contra conscientiam erroneam, quam agere secundum eam?

Respondetur, neutrum esse simpliciter gravior altero; sed ex diversitate materię pensandum esse. Cum enim aliquis putat, se teneri ad mentium pro salvanda vita proximi; gravior peccabit, si agat contra conscientiam quam si ageret secundum eam: quia agendo secundum eam, incurrit culpam mendacii officio; agendo autem contra eam, erit reus homicidii: minus autem peccatum est homicidium, quam mendacium officiosum. E contrario autem si quis existimet, se debere firari ab avaris divitiibus, ut det elemosynam pauperibus, putans, se venialiter peccaturum, si non faciat; gravior peccabit agendo secundum conscientiam, & furando, quam contra illam, & abstinendo; quia furum esse peccatum mortale; non furari autem, durante tali erronea scientia, non est illi plusquam veniale.

XXX. Quod si dicas. Gravior semper est, agere contra legem superioris, quam contra legem inferioris: sed conscientia est lex inferioris, scilicet hominis; contrarium autem est lex superioris, nempe Dei, vel Principis; ergo gravior peccatum est agere secundum conscientiam quam agere contra eam. — Respondetur, conscientiam proprie non esse legem, sed proponere legem. Quoniam vero lex, contra quam homo existimat se peccare, si sequatur suam conscientiam, interdum proponitur ut major ea, contra quam existimat se peccare, si conscientiam sequatur; interdum vero e contrario: hinc est, quod pro diversitate legum, & materię ipsarum, nunc minus peccatum est agere contra, vel secundum conscientiam.

XXXI. Quæres tertio. An conscientia erronea obliget plus quam præceptum Superioris? Pono exemplum: iudicis quod per errorem, se non contraxisse verum matrimonium, & Superior iudicans tale matrimonium, esse verum, præcipit cohabitationem cum uxore: quæritur; hic tenetur ne sequi hunc errantem conscientiam, an vero Superioris mandatum?

De hoc agit S. Thom. in 2. dist. 39. quæst. 3. art. 3. ad 3. dicens: Conscientia obligat non virtute propria, sed virtute præcepti divini: non enim conscientia dicitur, aliquid esse faciendum, hac ratione, quia sibi videtur; sed hac ratione, quia a Deo præceptum est. Unde per accidens ex virtute divini præcepti obligat, in quantum dicitur hoc ut præceptum a Deo: & ideo dicitur conscientia plus obligat, quam præceptum Prælati, sicut & præceptum divinum, in cuius virtute ligat. Sicut patet, si præceptum Regis non perveniat ad populum, nisi mediante aliquo Principe: si Princeps diceret, hoc est præceptum a Rege; quomodo non esset verum, dictum suum obligare, ut præceptum Regis: ita quod contemptores mereantur poenam. Hoc etiam dubium pertractat quæst. 17. de Verit. art. 5. ubi ait: Quod conscientia non ligat, nisi vi præcepti divini, vel secundum legem scriptam, vel secundum legem naturæ inditam. Comparare igitur legem conscientia ad legem, quod est ex præcepto Prælati, non est aliud, quam comparare legem præcepti divini ad legem præcepti Prælati. Unde cum præceptum divinum obliget contra præceptum Prælati, & magis obliget, quam præceptum Prælati, conscientia legem erit magis, quam legem præcepti Prælati, & conscientia legalis, præcepto Prælati in contrarium existante. Et quia Doctrina resolutiva potest, quod si conscientia iudicet, aliquid esse præceptum lege divina, & Prælati præcipiat sciendum oppositum; standum est conscientie, & non Prælati: quia in hoc casu plus ligat conscientia, quam præceptum Prælati. Si autem conscientia iudicet aliquid esse faciendum secundum legem positivam humanam: & Prælati iudicet oppositum esse de lege naturali, vel divina: tunc standum est Prælati: quia maior auctoritas præferenda est minori.

XXXII. Quod quidem verum iudico, quando conscientia subditi est invincibiliter erronea, nec quæcumque adhibita diligentia deponi potest; & conscientia dicitur mandatum alicuius superioris Prælati præcipienti. Si vero conscientia sit erronea vincibiliter, subditi tenentur eam deponere, & mandatum Prælati præponere. Quod si eam non deponat, standum erit conscientie; quia ea perseverante, secundum eam operari debet: peccabit tamen, tam si non faciat, quod Prælati dicitur, quam si contra conscientiam illud faciat. Ita D. Thom. quæst. 17. de Verit. art. 5. laudat: Peccat (inquit) sive non faciat, quia contra conscientiam agit; sive faciat, quia Prælati inobediens est. Magis autem peccat, si non faciat conscientiam durante, quod conscientia dicitur, cum plus liget, quam præceptum Prælati.

XXXIII. Quæres quarto. Quando conscientia erronea sit deponenda?

Respondetur, quod cum error est invincibilis, nec potest deponi, tunc agendum est secundum conscientiam erroneam; nec enim sic peccabit, quia error invincibilis excusat. Sic non peccavit Jacob accedens ad Liam, quam invincibiliter putavit esse suam uxorem. Error autem vincibilis tunc est; quando vel nullum habet dubium, sed omnino existimat, ita

se habere, sicut est in sua conscientia; vel esto dubium habuerit, adhibita tamen ea, quam oportet, diligentia, non potuit aliud scire, quam prius sciebat.

Cum vero error est vincibilis, oportet conscientiam erroneam deponere. Unde si quis per errorem vincibiliter putet, se teneri ad mentium, vel furandum; teneatur deponere errorem illum, & se abstinere a mendacio, & furto. Quod si forte, adhibita diligentia, deponere non possit, tunc error non erit vincibilis, sed invincibilis.

XXXIV. Quæres quinto. Quomodo conscientia vincibiliter erronea sit deponenda?

Respondetur, conscientiam erroneam esse deponendam, non temere, sed prudenter, ac rationabiliter. Tum quia tenere agere est peccatum. Tum quia, qui conscientiam temere deponit, exponit se periculo, vel male agendi id, quod conscientia dicitur, esse agendum; vel male omittendi id, quod dicitur, esse agendum. Hinc tenetur censetur, conscientiam deponere is qui advertens conscientiam sibi aliquid dicitur, eam non curat; sed perinde agit, vel omittit, atque si nullius rei conscientiam haberet. Item qui voluntarie a dictamine conscientie, ejusque consideratione se averit; ut sic liberius peccet: hic enim conscientiam non deponit, sed contemnit; & propterea contra illam virtualiter manentem graviter peccat. Ita faciunt illi, qui affectant ignorare, an contractus, qui proponitur ineundus, sit licitus; & negligunt examinare circumstantias, ne forte deprehendant esse injustum: in effectu dicentes Deo (Job 21. v. 14.) Recede a nobis, & scientiam viarum suarum nolumus. Et si Doctorem consulunt, querunt laxiorem, qui loquatur ad genium populi, quam ad veritatem, similes iis, qui Isaac 30. v. 10. Dicunt videntibus: nolite videre; & conscientibus: nolite aspicere nobis ea, que recta sunt: loquimini nobis placencia, videte nobis errores. Temere insuper conscientiam, est erroneam, deponit, qui ad eam deponendam movetur quidem rationibus aliquibus, sed levissimis: cui similes sunt, qui culpabili distractione, vel oblivione contra conscientiam prius habitam agunt.

XXXV. Ex dictis intelligi potest, quid dicendum sit de muliere, que a concionatore audiens, esse peccatum mortale ut capillis alienis, eo quod sit simulatio; nec cum ratione tum Concionatoris auctoritate, conscientiam erroneam formavit, quod uti alienis capillis sit peccatum mortale: ita enim, manente tali conscientia, non potest alienis capillis uti, nec pro nutu suo ab ea conscientia potest recedere; nisi (quamvis non possit solvere rationes, quibus mota fuit ad talem persuasionem formandam) bona fide asserit, vel ab alio viro docto se audivisse, quod non semper sit peccatum mortale; vel hujus Concionatoris dictum non adeo universaliter esse intelligendum, ac stricte, prout sonat, utpote ad errorem, & persuasionem prolatum. Alioquin nisi hac, aut simili probabiliori ratione moveatur, temere faciet, si pro solo suo nutu a præsentis persuasionis recedat.

XXXVI. Adverti etiam potest, quod aliud est ratio errans, aliud est conscientia erronea. Ratio enim errans est ille error speculativus, qui primo concipitur ab intellectu, & deinde per conscientiam applicatur, ut sit regula operis. Conscientia autem erronea est applicatio talis erroris, ut sit regula operis. Ratio errans quando per voluntatem non acceptatur, ut sit regula operandi, seu quando in non formo esse illa ratione conscientiam erroneam, seu dictamen, ita modo esse sciendum, non habet vim obligandi; sed eo stante possum aliud dictamen contrarium esse opposita ratione formare. Vel ergo illa mulier habuit non solum errorem in intellectu speculativo, nec ultra processit; & sic non formavit conscientiam erroneam: vel illum acceptavit ac sibi proposuit, ut regulam; & sic formavit conscientiam, quam nisi rationabili motivo in contrarium deponere non potest. Hac est Doctrina Cisterciensis in hunc art. 5. quæst. 19.

DUBIUM III.

An Conscientia erronea excuset, & an possit esse bona.

S. I.

Prima Resolutio dubii.

I Dubium hoc manet resolutum ex iis, que contra Lutherum diximus quæst. de Voluntario, agentes de ignorantia. Sicut autem ibi etiam contra Justinum diximus, ignorantiam, si sit invincibilis, excusare a peccato, si vero sit vincibilis non excusare: ita dicendum erit de conscientia. Quare

II. Dico. Conscientia erronea, si sit invincibilis, excusat a peccato; si vero sit vincibilis, non excusat. Ita expressis terminis Angelicus noster hac quæst. 19. art. 6. Si igitur (inquit) ratio, vel conscientia error voluntario, vel directus, vel propter negligentiam; quia error est circa id, quod quis scire tenetur, tunc talis error rationis, vel conscientie, non excusat, quia voluntas concordans rationi, vel conscientie sic erranti sit mala. Si autem sit error, qui causat involuntarium, proveniens ex ignorantia alicujus circumstantie, absque omni negligentia; tunc talis error rationis, vel conscientie excusat, ut voluntas concordans rationi erranti, non sit mala. Delinde subiciens exemplum primi, ait: Patet, si ratio errans dicitur, quod homo tenetur ad uxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti est mala, eo quod error iste provenit ex

ignorantia legis Dei, quam scire tenetur. Exemplum vero secundi adiciens prosequitur: Si autem ratio erret in hoc, quod creditur, aliquid molierem submissam esse suam uxorem, & ea peccare debuit, vult eam cognoscere, excusatur voluntas ejus, ut non sit mala: quia error iste ex ignorantia circumstantie provenit, que excusat, & involuntarium causat.

III. Ex his formatur ratio. Error, seu conscientia, que facit, ut actus, ex ea sequatur, sit voluntarius, non excusat a peccato; quæ autem reddit actum omnino involuntarium, excusat: sed conscientia erronea vincibilis reddit actum ex ea secutum, voluntarium, invincibilis vero profusus involuntarium; ergo illa excusat, illa non. Maj. patet. Nam cum peccatum debeat esse voluntarium, ubi voluntarium est, ibi est peccatum; ubi autem est involuntarium, ibi peccatum non est. Min. vero prob. Conscientia, seu error ideo dicitur vincibilis, quia cum possit vinci, & deponi, qui eam non vincit, censetur eam, vel directe, vel indirecte velle: ideo autem invincibilis dicitur, quia cum non sit in potestate, eam vincere, vel deponere; qui eam non vincit, censetur eam non velle, & in tantum agere secundum eam, quia aliter agere non potest.

IV. Dices. Potest aliquis invincibiliter ignorare, peccato mortali debere poenam æternam, & ex hac conscientia peccare: sed nihilominus si in peccato mortali moriatur, in æternum damnabitur, ergo ignorantia, seu error invincibilis, non excusat a culpa, sicut excusat a poena.

Respondetur, neg. absolute maj. Qui enim habet plenam conscientiam de gravitate peccati mortalis, non potest invincibiliter ignorare, et, qui in eo moritur, poenam æternam debet. Unde non excusatur Origenes, qui poenam Demonum, & damnatorum aliquando sentiens esse, errando dixit. Nam qui plene novit peccatum mortale, novit quoque maximam ei debere poenam; & dum illud vult, vult quoque illam maximam poenam tali peccato conjunctam.

S. II.

Resolutio secunda dubii.

V. Dico secundo. Actus procedens ex conscientia invincibiliter erronea non est positive bonus, nec potest esse meritorius. Aliteri hæc eo aliquibus, etiam ex nostris, improbat: eam tamen sequor, quia veriorum, & S. Thom. magis conformem existimo. Quod ita mihi suadeo primo. Nam S. D. hoc art. 6. ubi quærit: Utrum voluntas concordans rationi erranti sit bona, postquam statuit, voluntatem concordantem rationi vincibiliter erranti esse malam; loquens de voluntate concordante rationi erranti invincibiliter, non dicit, quod sit bona, sed, quod non sit mala, quod excusatur voluntas, ut non sit mala. Cujus rationem reddiderat: quia illa ignorantia, que causat involuntarium, talis rationem boni, & mali moralis. Quia respondens ibi primæ objectioni, & quæ probare intendebat, quod scilicet voluntas discordans a ratione errante est mala; ita voluntas concordans rationi etiam erranti sit bona, ait: Ad primum ergo dicendum, quod sicut Dionysius dicit in 4. cap. de divinis nominibus, bonum causatur ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus. Et ideo ad hoc, quod dicitur malum id, in quod fertur voluntas, sufficit, si quod scilicet voluntas sit malum; sive quod apprehendatur ut malum. Sed ad hoc, quod sit bonum, requiritur, quod utroque modo sit bonum. Sed actus procedens ex conscientia etiam invincibiliter erronea, solum de bonitate habet, quod id, quod in re est malum, apprehendatur ut bonum; ergo non est moraliter bonus. Tertio. Quia ibi ad 2. docet, quod, quia ratio humana potest errare, voluntas concordans rationi humana non semper est recta, nec semper est concordans legi æternæ.

VI. Ex his formatur prima ratio. Si conscientia erronea vincibilis faceret operationem bonam, faceret quoque voluntatem rectam: sed conscientia erronea non facit voluntatem rectam, ergo nec facit operationem rectam, vel bonam; quia in moralibus rectum, & bonum idem sunt. Maj. videtur certa: non enim potest esse operatio bona, & recta, si non sit bona, & recta voluntas. Min. vero prob. Conscientia non recta non potest facere voluntatem rectam, quia conscientia est regula voluntatis; regula autem non recta non potest facere regulatum rectum: sed conscientia erronea est non recta; ergo non potest facere voluntatem rectam.

VII. Confirmatur. Conscientia invincibiliter errans quamvis excusabilis sit, quia nec superari, nec deponi potest: tamen non est conscientia recta, quia non conformatur legi æternæ; ergo voluntas secuta ad illam, & regulata per illam, quamvis sit excusabilis, non tamen erit voluntas recta; quando enim in regulante non est resitutum, nequit hæc in regulato inveniri.

VIII. Explicatur hoc. Aliud est, aliquem in sua operatione esse laudabilem; aliud est, esse solum excusabilem: aliud enim est, aliquem esse dignum premio; aliud est, non esse dignum poena: nam qui ex ignorantia inculpabiliter concumberet cum non sua, excusatur quidem, sed ob tale factum non laudaretur: sed conscientia erronea solum excusat; ergo &c.

IX. Nec dicas, in casu distinguendum esse factum, & voluntatem: in eo enim, qui concumbit cum non sua, factum certe, per se malum, non est laudandum: laudanda tamen est voluntas, quia ad illam accessit, putans esse suam: & in hoc voluit formaliter conformari legi Dei, quamvis materialiter infusus non conformaverit.

X. Sed contra primo. Voluntas, quæ non est recta, non est laudabilis: sed ex D. Thoma voluntas, quæ sequitur rationem errantem, non est recta; ergo non est laudabilis. Secundo. Voluntas de bono solum apparetur homo non est bona moraliter: sed voluntas concordans rationi erranti, & dicitur malum bonum, est voluntas de bono solum apparetur bono; ergo &c. Maj. patet ex D. Thoma supra laudato ad 2. nempe, quod, ut voluntas sit bona, non sufficit, ut apprehendatur, ut bonum id, in quod fertur; sed requiritur, ut apprehendatur tamquam bonum: & rursus, ut in re sit bonum: quia bonum est ex integra causa.

XI. Nec dicas iterum, hoc verum esse, quando error est aliquo modo voluntarius, & voluit: at in casu conscientie invincibiliter errantis voluntas nullo modo vult errare; ergo est bona. — Rursus, ubi malum non est volitum, nequit esse voluntas mala: in casu autem conscientie erronee invincibilis malum non est volitum, quia non est cognitum; ergo voluntas non est mala; ergo bona.

XII. Contra primum sic. Voluntatem noluisse errare, esto eam faciat excusabilem, non tamen eam facit bonam moraliter: sicut enim ex quo conscientia invincibiliter erret, non evadit vera; ita ex quo voluntas eam inculpabiliter sequatur, non evadit bona, sed utraque excusabilis. — Contra secundum etiam. Nam esto quod malum non sit cognitum, & proinde non volitum, facit, ut malum non imputetur; non facit tamen, ut voluntas sit recta, quia semper fertur in id, quod in re est malum.

XIII. Firmatur secunda ratio. Voluntas, quæ non regulatur dictamine vere prudentie, non est moraliter bona: sed voluntas, quæ regulatur dictamine vere prudentie; ergo &c. — Quia vero minorem negant adverte sententia; Patroni, volentes, conscientie erronee esse dictamen prudentie: quia esto non respiciat id, quod in se verum, respiciat tamen id, quod prudentialiter est verum; quia nempe facta debita diligentia tale iudicatur, ideoque prudenter. — Probat min. Vera prudentia non regitur iudicio mere privato, quasi dici possit: hoc ergo omnibus pensatis iudico verum; ergo prudenter possum assentiri; sed iudicio apud plures comprobato, eosque viros prudentes. Quod explicio hoc exemplo. Est Sacerdos catholicus iudicatus ab omnibus bonus, & pius: in Sacrum agens, nescio quo sine, hostiam non consecrat, eamque non consecratam exhibet populo adorandum; qui eam adorat tamquam consecratam, imo adorare tenetur, cum tamen consecrata non sit. Et quidem prudenter eam adorat; quia omnes viri prudentes existimant, Sacerdotem catholicum, piū, bonum, celebrantem vere consecrare, & hostiam consecratam populo exhibere; nec prudenter possunt sibi persuadere oppositum prudentie, & Religionis. At qui invincibiliter erret in eo, quod iudicat, istam sibi submissam esse suam uxorem, & ea ea petente debitum, carnaliter jungitur; tunc hoc iudicium cum tantum sibi sit certum, utpote privata sua sententia, non est a prudentia, que nichil iudicio communi, vel experientie multorum singularium, nec potest regulare voluntatem positive honestam, sed solum excusabilem a culpa.

XIV. At dices. Qui ex conscientia invincibiliter erronea operatur, & vult, nititur aliquo iudicio universaliter veri quod ostendo. Qui ex conscientia invincibiliter erronea vult mentiri, credens, se ad hoc teneri, vel reddere debitum ei, quam invincibiliter existimat suam esse uxorem, nititur hoc discursu: Quæcumque mihi ratio proponit esse obligatoriam tenore facere; sed nunc mea ratio mihi proponit esse obligatoriam mentiri, seu ad istam accedere; ergo tenore mentiri, vel ad istam accedere. In quibus nulla est fallitas; ergo datur locus, ut secundum prudentiam eligam &c.

XV. Respondetur, dist. majorem præstiti discursus. Tenore facere, ita ut vel bene faciam, vel saltem non sum accusandus si faciam, conc. maj. ita ut semper bene, & laudabiliter faciam, nego maj. & conc. min. dist. eodem modo conf. Itaque illud axioma: Quæcumque mihi ratio proponit, tenore facere, exponendum est. Si enim ratio, que proponit, sit vera, per se obligat me ad eam sequendam, & dum sequor, bene operor; quia facio non solum id, quod mihi proponitur ut bonum, sed id quod in re est bonum, & voluntas mea recta est. Si vero ratio proponens sit errans, & voluntas mea recta est, sed solum per accidens; obligor quidem ad eam sequendam, sed solum per accidens; quia, scilicet, errorem non possum detegere, & eum deponere, & ex hoc capite excusabilis sum: quia tamen eam sequens non facio, nec volo id, quod in se bonum, & rectum est, sed solum id, quod apprehendo ut bonum per errorem, nec conformor legi æternæ; ideo voluntas mea excusabilis quidem est, sed non recta, ut ex D. Thoma dictum est.

XVI. Inquit tamen. Damnandi ergo, non laudandi, erunt multi viri pii, qui circa indifferentia errant, existimantes, ea esse prohibita; qui propterea ab iis abstinēt. Cuius oppositum sentit D. Greg. relatus dist. 5. cap. Ad rjus, dicens: Bonarum mentium est, ibi aliquando agnoscere culpas suas, ubi culpa non est: ergo stante errore ex parte conscientie, stat honestas in voluntate.

XVII. Resp. neg. conf. Nec enim damnandi sunt, nec laudandi, sed excusandi viri pii, si ex errore existimantes esse prohibita, que indifferentia sunt, ab iis cavent. Neque oppositum sentit Sanctus Gregorius: non enim loquitur de iis, qui ex errore putantes esse malum, quod non est, ab eo se abstinēt, sed de iis, qui, dum fecerint actum bonum, formidant, ne ex parte sua aliquis defectus in eo irreperit: quod est delicate conscientie, non erronee; Ita S. Thom. in

Suppl. 3. part. quæst. 6. art. 4. ad 1. dicens: Agnosere culpam, ubi non est, potest esse dupliciter. Uno modo, ut intelligatur quantum ad substantiam actus; & sic non est verum: non enim ad bonum motum pertinet, sed ad errorem, ut se actum aliquem commisisse agnoscat, quem non commisit. Alio modo quantum ad conditionem actus: & sic verum est, ut quod Gregorius dicit, quia iustus in actu, qui de se bonus videtur, formidat, ne aliquis deficiat: ex parte sua fuerit: & sic dicitur Job 19. Verebar omnia opera mea. Et ideo ad bonum mentem etiam pertinet, ut hanc formidinem, quam corde tenet, lingua accusat.

XVIII. Sed tandem dices. Si voluntas sequens conscientiam invincibiliter errantem, esse bonam; non tamen factum, seu operationem ex ea procedentem. Illud ergo factum, seu operationem cum non sit bona, nec etiam sit mala, quia non imputabilis; dabitur ergo actus in individuo indifferens, quod supra negavimus.

Respondendo primo, retroquendo instantiam in Adversarios, qui volunt quidem, voluntatem regulatam per conscientiam invincibiliter errantem, esse bonam; non tamen factum, seu operationem ex ea procedentem. Illud ergo factum, seu operationem cum non sit bona, nec etiam sit mala, quia non imputabilis, erit actus indifferens in individuo.

Respondendo igitur secundo, operationem, & voluntatem in eo, qui ex errore invincibiliter operatur, non esse nec positive bonam, nec positive malam; sed solum negative, id est non malam, quia involuntarie male agit: ac proinde actio illa, & voluntas moralis formaliter non est. Inter bonum autem, & malum, esse non detur indifferens in actu formaliter morali; datur tamen in actu formaliter extra ordinem moralitatis positivo. Vel dicit potest, illos actus ex parte operis esse malos, ex parte tamen operantis, nec bonos, nec malos; quia involuntarie illos facit: & sic non simpliciter indifferentes, sed solum ex parte operantis, qui nec formaliter peccat, quia tendit in bonum invincibiliter apprehensum; nec moraliter bonum facit, quia facit id, quod in re malum est.

DUBIUM V.

De conscientia dubia.

S. I.

Supponatur aliqua.

I. Conscientia dubia est dubitatio, seu dubium rationis practice iudicium de re quæpiam: sit ne bona, an mala, licita, an illicita. Et licet dubitatio aliquando sumatur generaliter pro assensu ad unam partem cum formidine deopposito: quo pacto videtur eam sumere D. Thom. in 3. dist. 27. quæst. unica art. 4. dicens, quod dubitatio signat motum rationis: supra utramque partem contradiçtionis, cum formidine determinandi alteram, quam dicit contingere ex defectu mediis sufficientibus ad certitudinem inveniendum. Hic tamen cum hoc modo non sumimus: nam sic conscientia dubia vitæ distingueretur prout excludit omnem assensum: ita ut dubitans neutri parti contradictionis assentiatur, sed inter utramque fluctet, & mediis hæreat.

II. Potest autem dubitatio esse, aut speculativa, hoc est, in communi; aut practica, hoc est, in particulari. Dubitatio speculativa est, quando de re aliqua, vel propositione dubitatur: sit ne secundum se bona, an mala, licita, an illicita, vera, an falsa. Practica est, quando quis in particulari dubitat: an hic, & nunc sibi liceat istam actionem facere, vel committere; manetque hærens, ac suspensus, & hæc est propria conscientia dubia. Aliquis videtur fieri non posse, quod aliquis sit dubius speculative, & in universali, & non sit dubius in particulari, & practica. Verius tamen alii existimant, hoc fieri posse: propterea quod longe aliter proponatur res in universali, & aliter in particulari: nam in universali consideratur absolute, & secundum se: in particulari vero secundum circumstantias loci, temporis, personarum & negotiorum; quæ efficiunt, ut quod dubium erat, an esset licitum, iudicetur licitum, vel e contra. Hinc potest quis in universali dubius esse, an diebus festis liceat agere iter, molere, pingere; qui tamen in particulari casu occurrente iudicet, sibi hic, & nunc licere. His præmissis

S. II.

An liceat agere contra Conscientiam dubiam.

III. Dico primo, Contra dubium, quod est solum speculative, & in universali, aliquando agere licet: contra dubium vero practicum, seu contra conscientiam dubiam, non licet unquam. Duas habet partes hoc assertum. Prior pars traditur a Cajetano in Opusculis præf. 31. Respons. 13. & ponit exemplum in eo, qui dubitaret, an pulsare in die festo, sit licitum, vel illicitum, & tamen non dubitaret, sibi hic, & nunc esse licitum pulsare; hic enim non peccaret pulsando, nec ageret contra conscientiam dubiam: & rationem dat. Quia conscientia non significat scientiam, sed applicationem cognitionis ad opus exercendum, & propterea dubium, quod per se opponitur conscientie, in ipsa applicatione consistit, & eadem ratione dubium ad applicationem non se extendens, certitudinè conscientie non se opponit. Cajetano sequuntur alii plures.

IV. Hoc idem sentit S. August. lib. 22. contra Faustum cap. 77. (reclatus a Gratiano causa 23. quæst. 1. cap. Quid culpatur) ubi probatur, quod si homo, Rege præcipiente, licite bella-

re potest, ut paci civice serviat, quamvis forte dubitare possit, an sit iustum bellum; multo magis id facere potest, iuvante Deo: Cum ergo (inquit) vir iustus, si forte sub Rege homine etiam subsistentem militet, recte possit, illo iuvante bellum civice paci orationem servans, cui quod iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est; vel utrum sit, certum non esse: ita ut forsisset reum Regem faciat iniquitas imperandi, innocenter autem militem offendat ordo servientis: quanto magis in administratione bellorum innocente diversatur, qui, Deo iubente, belligerat; & quomodo aliquid iudicare non posse, nemo, qui ei servit, ignorat.

V. Hinc dubitans de valore matrimonii a se contracti, etiam, stante tali dubio, non possit petere debitum; potest tamen reddere, & debet, ut docet D. Thom. in Suppl. 3. part. quæst. 55. art. 9. ad 3. Nec propterea dubitat, an sit peccatum mortale id, quod agit: qui in praxi formare debet iudicium, quod hoc sibi liceat, cum non ignoret, esse alteri reddendam id, quod est in illius possessione. Idem habetur Cap. Litteras, de Restitutione spoliorum. Cap. Si Virgo 34. quæst. 2. Cap. Inquisitioni de Sent. excomm. cap. 45. ubi Innocentius III. idem docet. Et horum omnium ratio est, quod supra attulimus ex Cajetano. Quia conscientia non dicit scientiam speculative, sed iudicium practicum applicativum ad opus: potest autem qui speculative, & quasi in abstracto fluctat, in praxi, pensatis circumstantiis, dubium deponere, & ac formare iudicium prudens, hic, & nunc sibi licere, quod agit. Hæc enim duo non habent oppositionem, cum non sint eisdem de eodem: nam dubium speculative est de objecto, vel operatione secundum se; & iudicium practicum est de objecto, & operatione consideratis circumstantiis; quæ tamen debent esse tales, ut inducat ad formandum iudicium prudens deopposito.

VI. Secunda vero pars, quæ communis est, probatur primo ex Apostoli verbis superius expensis, Rom. 14. Omnis, quod non est ex fide, peccatum est. Ubi fidem sumit pro persuasionone, & credulitate, seu pro conscientia dicente aliquid hic, & nunc esse licitum, ut sensus verborum ejus sit: omne illud esse peccatum, quod non est ex persuasionone, & credulitate, vel iudicio, quod existimetur licitum esse, quod agitur; sed qui aliquid agit, de quo prædicte dubitat, sit ne bonum, aut malum, non agit ex tali persuasionone, aut iudicio: ergo illi peccatum est.

VII. Secunda, qui dubius de rei bonitate, vel malitia operatur, censeri prudenter potest, velle peccatum; vult enim eam rem, five sit mala, five bona; adeo ut si forte bona sit, hoc sit ex per accidens. Quædammodum, qui dubitans, an aliquid sit futurum amico suo gratum, vel ingratum, adhuc tamen vult illud facere; censetur non curare, utrum violet ejus amicitiam, an non; & per consequens merito diceretur violare legem amicitie; ergo similiter censendus erit agere contra legem amicitie erga Deum, qui aliquid facit dubitans, an sit Deo gratum, vel ingratum; & si forte erit gratum, erit illi per accidens, & præter intentionem.

VIII. Tertio, Ut habetur Ecclesiastici 3. vers. 27. Qui amat periculum, in illo peribit: sed amat periculum, qui conscientiam practice dubiam habens, vult operari, cum possit, vel non operari, vel se ad alteram partem determinat; ergo in illo peribit. Et propterea Divus Thomas docet, quod quis, stante dubitatione, an liceat plures præbendas habere, eas suscipit, periculo se committit, & sic perit dubio peccat; ut prope magis amari beneficium temporale, quam propriam salutem. (Quodlib. 3. art. 13.)

S. III.

Quid agere debeat is, qui habet Conscientiam dubiam?

IX. Dico primo; Si nulla sit ei necessitas operandi, abstineat ab opere. Si necesse sit operari, & alteram partem eligere; diligenter inquirat, vel ponderando rationes, vel consulendo libros, aut viros doctos, utra sit vera, utra falsa; & secundum ea, quæ invenerit, deponat dubium: quo deposito, agat in eam partem, in quam se resolverit. Nam et si forte maneat aliquid dubium speculative, non tamen practicum; nec agat contra conscientiam dubiam.

X. Dico secundo. Si pro utraque dubium sit, nec possit deponi, & necesse sit agere, alteram partem eligendo; sequi oportet partem tutiorem; & si neutra fuerit tuta, minus periculosa est eligenda. Pars tutior intelligitur ea, in qua eligenda nullum est peccatum. Minus periculosa est, in cuius electione levioris culpe periculum est, quam in electione alterius. Hoc enim confirmant Jur. C. Juronis de Sponsalibus, dicit Eugenius: in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus. Clemens III. Cap. Ad audientiam de Homicidio, in casu Perysteri, de quo dubium erat, an hominem occidisset, dicit, non debere in sacris Ordinibus ministrare; & pro ratione statuit: Cum in dubiis sententiam debemus eligere tutiorem. Et simili casu Innocentius III. E. S. quæst. 1. de Homicidio: Si (inquit) dilecti non possit, ex cuius ista periculis interit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi sacerdos: & si forte homicida non sit, a sacerdotali officio abstinere debet: cum in hoc casu esse sit tutius, quam removere celebrare; pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. Et dist. 13. Cap. Duo mala, ex Concilio Toler. VIII. C. 2. de eo, qui juraverat, se hominem interfecit, & proinde necesse erat, ut non interfecit fieret perjurus, vel juramentum implendo fieret homicida: statuitur, minus malum esse perjurium fieri, quam juramentum occidendo implere; & ideo eligendum: quia dejerando dum

placiter peccat, occidendo tripliciter. Duo mala licet omnino sine causa prævidenda; tamen si periculi necessitas, ex his unum proptereat compulsi, id debemus resolvere, quod minori noxa periculi obligat. Quid autem est levius, quævis sit gravis, parva rationis acuminis insusceptum. Etenim dum peccare compellimur, Creatorem quidem offendimus; sed non tantummodo maculamur. Cum vero noxia præmissa complerimus; & Dei iussu superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliter gladio trucidamus. Ille enim duplici culpam reo perimimus; hic tripliciter jugulamur.

XI. Hinc doctrinam tradidit D. Gregorius lib. 32. Moral. cap. 17. dicens: Dum mens inter minora & maxima peccata fluctat, si omnino nullus fore peccato evadendi aditus patet, minora semper eligatur: quia & qui minorum, nullique ambitu, ne fugiat, elaudat; ubi se in fugam præcipit, ubi heros minus invenitur. Deinde adducto exemplo Pauli, qui cum videret quosdam in Ecclesia incontinentes, concessit minime, ut majora declinarent, dicens: Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat. Ut autem ostenderet, nec conjuges sine culpa esse, cum ad explendam libidinem simul junguntur, adjunxit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Concludit: Peccatum profecto videt, quod post indulgentiam prævidet. Sed cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdamur, ne in magnis sine ulla periculis. Quibus accedit & ratio. Naturæ liquidem est instinctum, ut qui inter duo mala conlucit esse; vel eam partem eligat, ubi nullum est malum, utrumque vitando; vel, si non possit utrumque malum vitare, in eam partem se flectere debeat, ubi minus apparet; ut exemplis D. Gregorius demonstrat.

XII. Debet tamen qui in talibus angustiis constituitur, formare conscientiam, quæ iudicet, se posse facere, quod facit; alioquin in quamcumque partem se flectat, peccabit, eo quod faceret contra conscientiam dubiam. Quod si perignorantiam invincibilem in illis fuerit angustus, ut necesse habeat eligere, vel id, quod majus est, vel id, quod minus malum est; eligendo minus, non eligit peccatum (cum nunquam liceat eligere peccatum, esse parvum) sed lex, quæ prohibet illud minus, tunc obligare cessabit; ut id, quod gravior est, evitare possit, ut tradit Azor. part. 1. lib. 2. cap. 18. Suarez. tom. 1. in 3. part. dist. 40. sect. 6. dicens, tunc prædicte est iudicandum, non malum, seu non imputabile operanti, quia non potest illud vitare. Hæc tamen forte vera esse iudico, cum agitur de evitanda majori peccato alieno: tunc enim non licet eligere minus peccatum proprium, ut evitetur majus peccatum alienum. Quare non est mentendum, ut evitetur proximi occisio: nec Loth exeuratur, qui filias abiecit Sodomitis stuprandas; tamquam minus malum; ut evitaret majus, nempe malum contra naturam, quod Sodomites erga Angelos hospites suos committere parati erant. Unde S. Aug. lib. contra Mend. cap. 9. Nisi (inquit) faceres magnum scelus tuum, dum minus horrescis alienum; quantumlibet enim distet inter tuum, & alienum; hoc erit tuum, illud alienum.

S. IV.

De vulgata regula: In dubiis tutior pars est eligenda.

XIII. Nihil communis in Jure, & in moralibus, quam quod in dubiis tutior pars est eligenda, ut superius ostendimus. Nunc querimus: an universiter dicta regula tenenda sit.

Noto, quod pars dici potest tutior, vel comparative ad partem tutam, vel ad veritatem ad partem non tutam, sed dubiam: quasi una dicatur tutior, non quia alia sit tuta; sed quia hæc est tuta, illa non tuta, fed dubia. Rursus de dubio possimus loqui dupliciter: vel de dubio prope speculative, vel de dubio in praxi, ut supra dictum est. Cum enim quis considerans naturam objecti secundum se, dubitat, an sit peccatum, nec ne; dicitur speculative dubitare: cum vero hic, & nunc, pensatis omnibus, adhuc dubitat, an peccet, vel non; si exerceat talem operationem; dicitur dubitare in praxi. Tandem verbum illud eligenda potest accipi dupliciter: vel ita ut sit eligenda solum ex consilio; vel eligenda ex obligatione præcepti.

XIV. Certum ergo est apud omnes, quod pars tutior, si accipitur non comparative, sed ad veritatem ad partem non tutam, sed dubiam, ex præcepti obligatione eligenda est: hoc enim S. præcedente ostensum est. Et ratio etiam suadet. Nam si solum esset consilium de eligenda tutiori; hæc regula non solum teneret in dubiis, sed etiam in certis. Quis enim ignorat, nos etiam in certis teneri ex consilio sequi, quod tutius est? Nam etiam diebus, quibus licet carnes comedere, consilium est, ac tutius, & perfectius a carnibus abstinere: potest igitur, quod in dubiis ex præcepto tenetur ferre tutiorem partem, quando altera pars non est tuta, fed dubia; dubia quidem in praxi, & non solum speculative, ut etiam dictum est. Loquimur ergo de parte tutiori comparative ad partem vere, & in praxi tutam.

XV. Dico ergo. Provisissimus est, quod cum contingit, utramque dubii partem esse in praxi tutam, non sit semper necessarium ex præcepto eligere eam, quæ est tutior. Primo. Quia contingere potest, quod pars quæ iudicatur minus tuta, sit probabilior. Secundo. Quia ad eligendam vim tutam invitare potest hæc alia Juris regula, quæ est 65. In pari delicto, vel causa melior est conditio possidentis; seu: In Dubio melior est conditio possidentis: nam pritis iurium, & rationum facti rem dubiam. Vel etiam hæc alia regula: Cum parvum iura absque Jure, res servandum est potius, quam auctori. Vigore pri-

mæ regula, qui bona fide possidet agrum, qui ab alio revocatur in dubium; debet quidem possessor diligenter examinare, sitne ager iste suus, an alterius: dum tamen manet dubius, non tenetur alteri agrum reddere, quamvis forte certius, sed tamen potest illo uti, ac retinere. Vigore secunde, in dubio Reus est absolvendus. Et similiter si dubitetur de aliquo, an sit spurius, an legitimus; neque potest certo dignosci, quamcumque adhibita diligentia, sed manet dubius, ille potest se habere ut legitimum, & ut legitimus adire hereditatem.

XVI. Si tamen res bene possidatur, prædicte regule non delinunt, nec opponuntur illi: In dubiis tutior pars est eligenda. Nam hæc debet intelligi per se loquendo, & servata ratione dubii: cum quo semper manet, quod per accidens ex aliquo adjuncto, id, quod erat minus tutum, evadat tutius. Unde si, stante dubio de utraque parte, uni parti accedat possessio, vel præceptum superioris; tunc, non obstante dubio, eligi potest id, quod secundum se, & nude spectatum foret minus tutum: quia per possessionem, & præceptum Superioris redditur tutius. Nam quando Superior aliquid jubet, si subditus sit dubius, an quod præcipitur sit bonum, vel malum; debet, non obstante dubio, parere, & hoc est ipsi tutius. Similiter quando aliquis est in possessione, bona fide, alicuius boni, si facti sufficienter examine non cognoscit, saltem probabiliter, esse bonum alterius; non obstante dubio, tutius illi est, propter possessionem, se non credere obligatum ad restituendum. Et sic semper verum manet, quod in dubiis, vel secundum se, vel consideratis omnibus circumstantiis, tutior pars est eligenda. Eadem ratione in dubiis circumspectus est favore Reo. Etenim Index tenetur iustitiam facere inter Reum, Rempubicam, & Actorem: Actor accusat, Respublica petit vindictam de delicto, Reus negat; & omnia sunt dubia: tutius est, reum dubium absolvere, quam dmare: qui ex duobus malis tutius est minus eligere. Etenim si Reus absolvitur, tantum est periculum, quod Reus absolvatur: si secus Reus daturatur, est periculum damandi Innocentem, quod est incomparabiliter majus malum, quam nocentem absolvere: & sic eligendo quod tutius est, id est minori periculo expositum, Reus dubius debet absolvi.

DUBIUM VI.

Quid se conscientia scrupulosa; & qua illius causa.

S. I.

De conscientia scrupulosa.

I. Conscientia scrupulosa, & dubia in hoc convenient, quod unaqueque dubitat: differunt tamen. Primo. Quia conscientia dubia ex gravi fundamento dubitat, ac scrupulosa ex levi. Secundo, & maxime: Quia qui habet conscientiam dubiam, neutri parti contradictionis assensum præbet; & quando dubitat, non perspicit, utri sit assentiendum. Qui vero conscientiam habet scrupulosam, uni parti contradictionis jam assentitur; occurrit tamen ejus menti obiectio in contrarium, nec illius objectionis solutio in mentem venit: & propterea molestat, & inquietudine quadam affligitur. Quantum ergo interest inter hominem, qui in bivio positus ambigat, qua via sibi eundem finem & inter alium, qui unam viam ingressus, angitur tamen ob scrupulos, five lapsillos, qui pedes ejus insistant: tantum interest inter dubitantem, & scrupulis laborantem. Scrupulus enim conscientie a scrupulis materialibus, nempe lapsillis, qui in calcis positi incedentem cruciant, per metaphoram, dictus est.

II. Scrupulus practicus, de quo hic fermo habetur, vel est de præterito, veluti cum aliquis ex levibus conjecturis anxietur, timens, ne unum, vel alterum Psalmum ex suis horis omiserit; propterea quod inveniat se in fine unius, & non recordetur, an priores recitaverit: vel celebrando deprehendat, se de eere in Canone sequentia Consecrationem; & se consecrasset non meminit: aut ne turpibus cogitationibus confenserit, quia non meminit se resistisse. Vel est de futuro, ut cum levi ratione dictus timet, ne peccet, agendo id, quod iudicat esse agendum; vel omittendo, quod iudicet omittendum. Ex quibus patet, quod ille censendus est vere scrupulosus, qui ex motibus, aut rationibus plane levibus, & insufficientibus cum anxietate suscipitur, ac timet aliquid ad conscientiam pertinens contra eam partem, cui in animo assentitur. Et propterea multum aberrat vulgus hominum, quando eos vocat scrupulosos, qui non audient cum male loquentibus male loqui, vel cum male agentibus male agere: cum ad sic agendum non levi, sed magna, æquissimaque ratione moveantur. Sed nec illi vitandi sunt scrupulosi, qui vel fide non bona aliquid possident, vel plures præbendas abique causa, & auctoritate legitima habentes, subinde conscientie remorsus patiuntur, an non male agant, & recitendo: talis enim remorsus non est vere scrupulosus, sed seria admonitio magnis iustique rationibus innixa.

III. Cause, unde scrupulosi oriuntur, varis assignantur a S. Antonino 1. part. tit. 3. cap. 10. quem sequitur Sylvester, verbo Scrupulus, quæst. 3. & alii: quæ tamen non omnes in omnibus scrupulosi; sed alie, aque alie, modo in uno, modo in altero reperiuntur.

IV. Prima causa est naturalis liquorum complexio multum disponens ad suspensionem, & timorem; ut complexio frigida, & melancholica. Timor enim naturaliter constringit cor: & ad eum motum contradictionis imaginatio movetur ita ut quæ facile consipiat, aliquid malum sibi esse futurum.

